DE CONCILIO *PROVINCIALI*,

ET AVCTORITATE ARCHIEpiſcopi in ſuffraganeos, eorumq; ſubditos, & tota Prouincia.

TRACTATVS.

AVCTORE STEPHANO QVARANTA V. I. D. Canonico Neap. & Curiæ Archiepiſcopalis Neapolitanæ ordinario Conſultore.

VBI AVCTORITATE DECIMA octaua de Appellationibus quatenus ad tribunal Metropolitani attinet, tractatur. acceſſit etiam,

EXTRAVAGANTIVM COMMVNIVM Liber Sextus in quinq; diuiſus libros ſub titulorum decretalium ſerie, quæ à diuerſis Ro. Pont. poſt V. librum Extrauagantium communium emanarunt, vſq; ad S. D. N. D. SIXTVM Papam V.

Sic recollectæ ab eodem Auctore.

NEAPOLI,
Apud Horatium Saluianum. M D LXXXVI.

ILLVSTRISSIMO ET REVERENDISS. D.
D. IVLIO ANTONIO SANCTORIO.
S.R.E. PRESBYTERO CARDINALI,
Tituli S. Bartholomæi in Insula, S. Seuerinæ nuncupato.



VM apud bo. me. Paulũ de Aretio Cardinalem, & Archiepiscopum Neapolitanũ Aduocatus fiscalis fuissem eo in viã vniuersa carnis ingresso, Illustrissima amplitudo tua in tuorum seruorũ numerum me recipiens ad Reuerendiss. Dominum Franciscum Antonium Sanctorium, Sanctæ Seuerinæ Archiepiscopum ipsius fra-

trem misit, apud quem cum Vicarius fuissem, & vltimo Prouinciali Concilio ibi tūc celebrato interessem, quædā ad mei instructionem ad illud pertinentia scripsi, & in tractatum redegi, vt ea in facti contingentia in promptu haberem, quæ cum beneuolorum, & eruditorum virorum hortatu in lucē æditurus sim, Illustriss. Amplitudini tuæ dicare illa decreui, cui plurimum debeo, & cuius officio in Canonicū Patriæ meæ Neapolitanæ à Sanctæ Memoriæ Gregorio xiij. ascriptus fui, et alijs beneficijs ornatus, Accipe igitur primitias hasce talentuli mei, intuens potius animi affectum, quam rem oblatā. Deus Illustriss. Amplitudini tuæ perpetuam vitæ tranquillitatē, & felicitatem largeatur. Neap. die 17. Iunij 1586.

Illustriss. & Reuerēdiss. Amplitudinis tuæ


Humillimus, & obligatiss. Seruus

Stephanus Quaranta.

INDEX
COMPENDIOSVS
OMNIVM CONTENTORVM
in tractatu de Concilio Prouinciali, & auctoritate Archiepiscopi.

ORDINE ALPHABETICO RITE contextus, per PAVLVM Quaranta Iureconsultum Auctoris fratrem.

A



C

E

M

N

O

P

qua

T

V

IL FINE.

Sequitur bulla cuius mentio habetur infra. 95

S.D.N. GREGORII PAPAE XIII.

Constitutio de modo, et forma publicandi Resignationes, & Cessiones.

GREGORIVS Episcopus seruus seruorum Dei ad perpetuam rei memoriam. Humano vix iudicio ita bene quicquam, & prouidenter sanciri potest, quin vsus sepe aperiat, doceatq; id quod salubre fore credebatur, minus experiũdo prodesse: quod in illis constitutionibus quas ad prohibendas simulatas occultasue beneficiorum ecclesiasticorum resignationes diuersi Ro. Pont. multifariam ediderunt, & fere. Pius Papa V. prædecessor noster nouissime promulgauit, cognoscim⁹ accidisse. Nos hoc malũ, prout occasio necessitasq; postulat coercere volentes, statuimus, vt posthac omnes, & quæcunq; resignationes etiam causa permutationis, ac commendarum, & etiam literis apostolicis non confectis, & possessione non habita, necnõ litis, & iurium quorumcunq; cessiones, ac retrocessiones, quæ deinceps de quibuscunq; bñficijs ecclesiasticis in nostris, seu Ro. Pont. pro tempore existentis manibus, ac etiã corã Notario publico, & testibus fient, & à nobis vel illo, seu nostro vel illius mandato admittent, & super eis prouisiones, & quæcunq; aliæ dispositiones, siue temporales, siue perpetuæ, aut ad hoc mandata apostolica sub quacunq; forma, & quibuscunq; etiã S.R.E. Cardinalibus, ac pijs locis quocunque priuilegio suffultis facta, publicari debeant cum litteris

apostolicis desuper confectis intra sex meses, si beneficium citra montes fuerit, vltra vero intra nouē a data concessionis gratia, non aūt à die præstiti super ea consensus numerádos, etiam si postea cōcessio gratiæ huiusmodi ex quauis causa, diuersisq; subsequentibus datis, ac quotiescunq, & quouismodo reformata, & valida reddita fuerit, pluresque, & quotquot in alium, vel alios cessiones, ac etiā in ipsummet primum resignantem, vel cedētem retrocessiones termino prædicto nōdum elapso intercesserint, ita vt vnicus dumtaxat terminus oībus his successiuis cessionibus, ac retrocessionibus decurrat, vt qui postremus gratiam habuerit publicationem huiusmodi facere, cæteraq; omnia hic præscripta intra eundem terminum præstare teneatur.

Ipsa autē publicatio in cathedrali, & in beneficij ecclesia vel ecclesijs, si in plurib⁹ illud sit, fiat, ibiq; dum frequens populus ad missarum solemnia conuenerit, palam oībus literæ apostolicæ prædictæ, earumue transumptum authenticum exhibeat, claraq., & intelligibili voce resignatio, seu cessio huiusmodi, ac beneficij qualitas, & inuocatio, nominaq., & cognomina resignatis, seu cedentis, ac illius in cuius fauorē gratia huiusmodi facta est, pronuncient ita, vt hęc omnia possint ad notitiā oīum ibi existentium verisimiliter peruenire, scriptoque de his oībus exemplo collatio, valuis dictarum ecclesiarum affixum relinquat.

Si vero ecclesia beneficij ruralis sit, aut populo cōuentuq; careat, eo casu in parochiali, intra cuius parochiæ limites beneficiū ipsum

consi-

consistit, & in cathedrali ecclesia, vel si locus bello, seu peste alijsue manifestis periculis sub iaceat, tunc in proxima parochiali, ac etiam in cathedrali ecclesia, vel si aditus ad illas, aut vtrauis minime sit securus, in alia cathedrali, vel parochiali viciniori periculorum immuni publicatio huiusmodi peragatur.

Is quoq; in quem disponi, vel mádari de beneficio etiã litigioso vel à cedente non possesso sub quacunq; forma contigerit, possessioné beneficij intra dictum tempus vigore literarũ apostolicarum desuper cófectarum, nec alias apprehendere debeat, & si propter litem aut aliud legitimum impedimentum nequiuerit, saltem literas apostolicas cum earum publicatione si tunc facta erit, Iudici, seu executori illarũ, vel alijs ad quos pertinet, per se, vel procuratorem suum legitimum, intra idem tempus presentare, & apud illum, vel illos pro ipsarum literarum executione instare, & possessionem huiusmodi instanter petere teneatur.

Cæterum modus, & forma hic tradita semper, & vbique debeat obseruari, nec alia, vel æquipollens vllo modo admitti in oĩbus huiusmodi resignationibus, cessionibus, & retro cessionibus, de quibuscunq; Ecclesijs, Monasterijs, prioratibus, tam virorũ, quàm mulierũ dignitatibus, officijs, & beneficijs ecclesiasticis secularibus, & quorumuis ordinum etiá militiarum regularibus, etiá electiuis, & manualibus, ac etiã de iurepatronatus laicorum illustrium, & alias quomodocunq; existentibus, siue pacificis, siue in petitorio, siue in possessorio litigiosis, etiam de quibus in cósisto-

rio

rio noſtro diſponi conſueuit; ſeu debet, quæ poſthac ex quacunq; cauſa fient,& per nos,ac prædictos ſucceſſores,extra tamen dictum cõ ſiſtorium, admittentur, etiam cum reſerua-tionibus nominis, tituli, adminiſtrationis, poſſeſſionis, fructuum etiam omnium, ac re-rum, & iurium quorumcunque.

Ad prędictorum tamen obſeruationem eū in quem iuris ſit ceſſio beneficij,quod tempo-re ceſſionis huiuſmodi, & ante illam vigore literarum apoſtolicarum vt ſupra, ſi ad id te-nebatur,publicatarum realiter poſſidebat,no lumus obligari.

Quod ſi quicquã prędictorum oĩum omiſ-ſum fuerit,dictis terminis,vt cuiq; præſcripti ſunt elapſis,oẽs diſpoſitiones &gratię reſigna torum,& ceſſorum beneficiorum,aut iurium huiuſmodi,cum oĩbus inde ſecutis,ſiue de pa cificis, ſiue de litigioſis, ſint irritæ, & inanes, nullaq; alia gratia ſuper huiuſmodi bñficio, ſiue iure ceſſo, his quibus cõceſſa fuerit, ſuf-fragetur: ſed ipſi tales inhabiles, & incapaces ſint ad huiuſmodi beneficia ſic reſignata & ceſſa,quãdocunq; obtinenda, illaque, ſiue iu-ra ab ipſa ſtatim prima reſignatione, ſeu ceſ-ſione, etiã ſi illę aliàs nullæ & inualidę eſſent, vacauiſſe,& vacare cenſeantur eo ipſo,nec re-ſignãtibus, ſeu cedentibus,ſi poſtea in ſua poſ ſeſſione remanent,conſtitutiones de annali & triennali poſſeſſore,nec præſumptę,aut tacitę retroceſſiones, etiã propter diuturnam conti-nuatæ poſſeſſionis huiuſmodi tolerantiã, nec oĩno aliud ius, vel beneficium vllo tempore ſuffraget,ſed ipſa beneficia,ſiue iura ſic à prin

cipio

cipio vacantia à Sede Apostolica prędicta dũ
taxat impetrari valeant, ac concedi.

Illorum vero impetrationes, vel etiam Mo
tu proprio concessiones, quibuscunq; deroga
tionibus suffultæ nunquã sub clausulis gene-
ralibus, aut vacationum modis conditionali-
bus, vel implicitis cõprehendãtur, sed speciã-
liter & expresse ob non seruatã præsentis con
stitutionis formã, ac cum declaratione nomi-
num, & cognominum resignantis seu cedẽtis,
& gratiam habentis dispositiue, & non condi
tionaliter fieri oĩo debeant, & quicunque sic
impetrans, aut gratiam etiam motu simili ha
bẽs præfinitum cuiq; casui tempus prædictũ à
data cõcessionis gratiæ sibi factæ huiusmodi,
ea oĩa quæ cadẽs a iure prędicto debebat, præ
stare teneat, & si pluribus gratiã huiusmodi
fieri cõtigerit præ oĩbus obtineat, qui primus
publicationẽ suæ impetrationis fecerit, & pos
sessionem adeptus fuerit, aut petierit, oĩaq; re
quisita prædicta adimpleuerit, quãuis in datã
sit postremus, & possessio ab alio in publicãdo
negligẽtiore prius apphensã fuerit, vel petita.

Reseruationibus omnibus nominis admi-
nistrationis fructuum etiam omnium, ac pẽ
sionum, & aliarum rerũ quarumcunque, nec
non facultatibus indultis, & alijs concessioni
bus tam ipsis resignatibus, seu cedentibus, qui
tñ possessionem ab initio re ipsa dimiserint,
quam alijs ex huiusmodi resignationibus à
Sede Apostolica factis nihilominus validis,
plenumque effectum sortituris.

Sed ne in beneficijs super possessione, vel
proprietate litigiosis litis prosecutio turbari
valeat

valeat, vel differri, in causis huiusmodi contra cedentem ad vlteriora, etiam ad sententiā diffinitiuam, & rem iudicatam, ac illius executionem; quousque ille qui gratiam ex resignatione, seu cessione, aut ex omissa forma publicationis huiusmodi obtinuit, ad causam per se, vel per procuratorem legitimum accesserit. Itemq; huiusmodi susceperit, eodē modo, & ordine procedi possit, quo potuisset legitime, si cessio huiusmodi facta non fuisset, ac quicquid interim sic procedēdo decretum, & expeditum fuerit, siue cum cedente, siue cōtra eum, etiam postquā ipse, vel quiuis alius incumbentia sibi secundum prædicta præstiterit, non solum circa fructus, sed etiam circa possessionē, & ipsum ius quod cessum est, valeat omnino, & vim obtineat, Illūq; ipsum, cui gratia facta est, non minus afficiat, quàm si ipso legitime citato contra eum decretum, & expeditum fuisset, nec ipse aduersus hæc, prætextu non acceptatæ gratiæ, vel etiam illius ignoratæ aut citationis, vel intimationis executioni contra ipsum minime demandatæ, aliaue ratione valeat excusari. Possit tamē ipse etiam si in lite, & causa huiusmodi surrogatus non sit, quandocunque ad illius prosecutionem, & terminationem venire, & à Iudice, coram quo causam ipsam etiam ex delegatione pendere contigerit, in illis ipsis statu, & terminis, in quibus tunc eam esse repererit, etiam absque rescripto speciali admitti.

De beneficijs autem quæ deinceps in manibus ordinariorum collatorum, etiam Cardinalium, etiam indulta & facultates ad hoc ab

Apoſtolica ſede habentium, ac legatorum etiam de latere, & delegatorum etiam ſpecialium eiusdem ſedis extra Romanam Curiam reſignari, etiam ex cauſa permutationis contigerit, ipſi intra menſem negotium vniuerſum admiſſionis, vel reiectionis reſignationis huiuſmodi, & (ſi per eos facienda erit) prouiſionis reſignati beneficij iuxta apoſtolicas, & alias canonicas ſanctiones omnino abſoluāt. Et qui ſic prouiſus fuerit, intra tres menſes à die ſibi factæ prouiſionis illam publicet, & poſſeſſionem beneficij capiat modo & forma ſupradictis, alioquin illis elapſis nulla ſit eius prouiſio, & beneficiū vacare cēſeatur eo ipſo. Ordinarijq; & alij prędicti qui hęc, vti eis pręſcribuntur, non perfecerint, eo caſu poteſtate diſponendi de ipſis beneficijs ſint ea vice priuati, eorumq; diſpoſitio eo ipſo ad ſedem Apoſtolicam deuoluta exiſtat, aut alijs idoneis ab ipſa ſede dūtaxat modo, & forma pręlictis concedantur.

Decernentes ſic per quoſcunq; iudicari debere, necnon irritum & inane quicquid ſecus ſuper his per quoſcunque ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Non obſtantibus prædicti Pij Quinti, & alijs omnibus aliorum prædeceſſorū noſtrorum conſtitutionibus de publicandis reſignationibus huiuſmodi hactenus editis & reformatis, quas omnes omninò abrogamus. Ita tamen quod in publicandis illis reſignationibus, & ceſsionibus, quæ in manibus noſtris hucuſque factæ, & à nobis admiſſæ ſunt, & tēpus ad eas publicandas, iuxta dicti Pij prędeceſſo-

decessoris constitutionem nondum effluxit, constitutio ipsa, quo ad eas duntaxat, integre obseruetur. Necnon resignantium, siue cedẽtium voluntatibus, conditionibus, protestationibus, & clausulis, in ipsismet resignationibus, & cessionibus, seu procuratorum constitutionibus, & mandatis, ac alias etiam ad præseruationem suorum iurium, & significationem quod non aliter nec alio modo resignant, seu cedunt appositis, & quacunq; verborum vi, formula & multiplicatione expressis, necnon indultis, priuilegijs, & gratijs apostolicis, etiam prędictis Cardinalibus, ac eorum, & nostris familiaribus continuis commensalibus, necnõ literarum apostolicarum scriptoribus, abbreuiatoribus, cæterisq; Romanæ Curiæ officialibus, & ex quibusuis causis quomodocunque concessis, & cõfirmatis, quæ omnia etiam tollimus, & annullamus, cæterisque contrarijs quibuscunque. Vt autẽ prẹsentes, &c. Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo quingentesimo octuagesimo tertio, 9. Ianuarij. Pont. nostri Anno Duodecimo.

ERRATA ALIQVOT
Lector sic emendes.

IN epistola prima dedicatoria, pro largeat, lege largiatur. Fol. 3. ver. 24. pro conuouaca care, lege conuocare. fol. 4. ver. 24. pro compa rare. l. comparere. fol. 6. ver. 21. pro synono. l. synodo. fol. 11. ver. 18. pro concedendū. l. con sedendum. fol. 16. ver. 3. pro in verbo iudicio. l. & in c. fin. in verbo iudicio, fol. 28. ver. 6. pro late. l. lata. fol. 29. vers. 13. pro prosequere. l. prosequi. fol. 33. ver. 2. pro ad. l. de concess. fol. 36. ver. 17. pro episcopo. l. coepiscopo. fol. 37. vers. 9. pro in primo. l. in c. 1. fol. eo. ver. 24. pro decimo tertij. l. decimi tertij. fol. eo. vers. 27. pro bullano. l. bullario. fol. 40. ver. 23. pro no. l. pridie no. Settembris. fol. 43. ver. 7. pro fe cit. l. facit. fol. 47. ver. pen. pro ordinario. l. ordinarios. f. 49. ver. 18. in c. presenti de sent. ex. adde in 6. fol. 90. ver. 13. pro non vt dominantes. l. neq; vt dominantes in cleris. fol. eo. ver. 23. pro pateat. l. patent. fol. 132. ver. 16. ad ver bum tales adde quales. fol. 154. vers. 26. post. fol. 247. adde & illas Greg. xiij. refert, & decla rat Nauar. fol. 155. vers. 5. pro appellatores. l. appellantes.

Addenda quę dum imprimeretur fuerunt omissa in 2. libro ad titulum de foro cōp. f. 97.

Paul. 4. Quòd lites, & causæ inter Cardinales quomodolibet vertentes Sum. Pont. decisioni reseruarentur. fol. 637. cum sæpius.

Greg. 13. Quòd in causis spoliorum ad thesaurariū gene-

generalē appellari debeat à ſententijs ſubcol-lectorū, & miniſtrorum ab eo, in Italia deputatorum. fol.1242. cognoſcētes. de cuius theſaurarij facultatibus vide in præcedenti conſtit. fol. 1241. cum ſicut.

Ante tertium librum. fol. 90. addendus eſt titulus de ſent.& re iudi.in quo poſſunt inſeri ſequentes conſtitutiones videlicet.

Quòd ſentētiæ in reorum inquiſitorum fauorem per quoſcunq; iudices contra iuris diſpoſitionē vel ſtilum officij Sanctiſs. Inquiſit. late, & ferendę nunquā tranſierint neq; in futurum in rem iudicatam tranſire poſſint. fol. 958. inter multiplices. facit tex.in c.1. d.ti. Pij V.

Quòd ſententiæ duę in ea parte in qua ſunt conformes in cauſis fabricę S. Petri faciant rē iudicatam,& commiſſiones appellationumq; concederētur intelligantur cum clauſula ſine preiudicio duarum conformium. fol. 106. & ſi omnium, & adde ad Clem.1. d.ti. eiuſdem

Ad titulum de præben.& dignitatibus.fol. 101.addendę ſunt.

Erectionis eccleſię Senēſis in Metropolim, & Archiepiſcopalem. fol.74. triumphans. Pij 2.

Erectionis eccleſiæ Bononienſis in Metropolim,& Archiepiſcopalē. fol.1320. vniuerſi, & adde ad extrauag.com.Saluator.d.ti. Greg.13.

Ad titulum de rebus eccleſię non alienandis. addenda eſt.

Conſtitutio de decies centenis millibus nūmum aureorum in Arce S.Angeli ſepoſitis,ac vllo vnquam tempore niſi in præſcriptis caſibus detrahendis incip. ad clauum. Sixti V.

STEPHA-

Imprimatur.

Flaminius Tor. Vic. Gen. Neap.

M.Philocalus Pharaldus Carmelita vidit. Idem fol.50.



S. IANVARIVS EPISCOPVS, & Martyr Patronus Metropolitanæ Ecclesiæ Neap.



S. ANASTASIA ROM. VIRG.
& martyr, Patrona Metropolitanæ
Ecclesiæ Sanctæ Seuerinæ.

STEPHANI QVARANTA V. I. D.

CANONICI NEAPOLITANI.

TRACTATVS.

DE CONCILIO PROVINCIALI & præstantia Archiepiscopi, ac eius autoritate in suffraganeos, eorumq; subditos, & tota prouincia, vna cum relatione omnium extrauagantium communium sub titulorum decretalium serie Vsque ad Sanctissimum Dominum N. D. SIXTVM PP. V.



NTER cæteras sollicitudines, quæ Metropolitano incumbunt ea non minima reputatur conuocare scilicet concilium prouinciale; de quo breuiter, vtiliter, & ordinate scripturus diuido tractatũ in duas partes, in prima ponam non nullas quæstiones pertinẽtes ad inchoationem dicti concilij, illiusq; progressum, atq; tractatum, & ad præstantiam Archiepiscopi in eo. In secũda parte occasionaliter tractabo de præstantia

A Archie-

Archiepiscopi extra illud ad quam ostendendam referã auctoritates quas Archiepiscopus habet in suffraganeos, eorumq; subditos & tota prouincia, vna cum relatione omnium extrauagantium communium vsque ad S. D. N. Sixtum Quintum. Diuino igitur inuocato auxilio deuenio ad inchoationem primæ partis, & dicimus hanc concilij prouincialis conuocationẽ ad Metropolitanum spectare c. si episcopus. c. si quis episcoporum. c. quoniam. c. propter 18. distin. c. sicut olim de accusa. c. primo de pœnis in 6 ipse namq; est caput huius congregationis, & propterea ad ipsum spectat huiusmodi conuocatio Card. Alex. siuè præposi. in d. c. si quis episcoporum & concilium prouinciale dicitur quia representat Ecclesiã prouinciæ Abb. in c. graue in fi. de preben. & in d. c. sicut. vbi etiam de triplici conciliorum differentia post glos in sum. 17. distin. quorũ etiam diffinitiones ponit Io. Paul. lãcel. lib. 1. insti. iu. cano. in tit. de Eccles. constitu. & declarat in sua glo. vel appellatur quia regulariter fit, & congregatur in prouincia autoritate Archiepiscopi Metropolitani qui oĩbus episcopis, prælatis & clericis prouinciæ præesse dicitur Bero. in c. 1. de iudi. & sine autoritate Metropolitani non licet inferioribus illud cõgregare. Card. Alex. notat in d. c. propter el primo. Sede tamen Metropolitana vacãte episcopi pruinciæ se congregare possunt ad illud celebrandum Archi. & Gemi. in c. placuit nu. 2. & in d. c. propter vbi Io. de tur. crema. Card. S. Sixti nu. 8. ac Card. Alex. in c. de concilijs in tertio nota. & in d. c. placuit 18. dist. Vgonius Epi-

Episcopus Phamagustanus in tract. quem inscripsit de concilijs synodia vgonia in præludijs. q.5.& in 3. par.fol. 134.Henri.boctєus de synodo epis. par. 1. nu. 43. ad quem tamen finem, quoties, & quid sit tractandum in eo habetur in d. c. propter c. quoniam 18. dist. & c. sicut de accus. iusta etiam causa illud conuocādi est cum aliqua magna oritur dubitatio quæ alias cōmodè non posset diffiniri Card. Alex. in c.multis in 4.no. 17. distin. etiam potest cōuocari pro corrigēdo episcopo prout in c.1. 34 distin. & quando inmineret necessitas potest congregari ante tempus statutum Idem Card. in d.c. de concilijs boct. in d.par.1.nu.53. Sed Archiepiscopo nō licet ante receptionem pallij illud conuocare c. quod sicut §.præterea de electio, & ex his patet responsio saltem remissiuè ad primam quæstionem quæ erat præmittenda videlicet. quid illud sit,per quem conuocetur, ad quem finem, & quoties, & de cōcilijs prouincialibus vide quid nouissime fuit decretū per Conc.Trid. in sess.24.de refor.c.2. Secundo quero quomodo & qui vocādi.Resp. Metropolitanum conuouacare concilium ad statutam diem per litteras,& sufficere vnicam citationem c. si episcopus & ibi glo. 18.distin. Gemi. & Franc. in c. 1. de pænis in 6.& episcopi prouinciæ vocādi sunt, & ire tenentur vt in præallegatis iuribus habetur,ex quo tex. in d. c. si episcopus notat Card. Alex. quod suffraganei non tenetur venire ad conciliū prouinciale nisi à Metropolitano sint vocati, in tantū quòd si suffraganeus videret omnes alios episcopos consuffraganeos ire ad conciliū si ipse

non esset vocat⁹ nõ tenetur ire, nisi in pcedẽti concilio fuisset deliberatũ de futuro celebrando cum assignatione loci & temporis, tũc qui fuissent præsentes non forent necessariò vlterius vocandi, vel nisi essent vocati per edictũ generaliter Card. Iacobatius in tract. de concilio lib.2. art. 4. q.5. fol. 102. & ratio est quia in ijs in quibus est necessaria denunciatio prout hic non sufficit scientia vbi verò sola scientia est de substantia non requiritur de necessitate denunciatio, & ita procedit reg. eum qui de reg. iu. in 6. quæ potuisset obstare vt ibi per Io. And. & Franc. formulam indictionis futuri concilij prouincialis vide in fine conc. prouin. Mediolan. 4. & 5. Tertiò quæro quid de Abbatibus. Resp. quòd Abbates etiã inter sunt concilio prouinciali c. ex ore de priuileg. c. vt Apostolicæ eo. tit. in 6. & an accedere teneantur vide Gemi. & Card. S. Sixti, & Alex. in c. episcopus 18. dist. boct. in d. tract. pat. 2. sub nu. 4. Quartò quæro quid de capitulis ecclesiarum. Resp. quòd capitula cathedralium vocari debent, & admicti ad tractatum concilij non autem ad decidendum & possunt comparare per pcuratores c. fin. de his quæ fi. à prel. sine consen. cap. vbi Abb. n. 4. dicit procedere etiam in negotijs non tangentibus capitula, & Card. Zaba. in d. c. graue q. 5. de preb. tenet semper vocandos esse ad cõcilium prouinciale canonicos cathedraliũ pro tutiori boct. in d. trac. par. 2. nu. 42. formulam literarum quibus capitula canonicorũ cathedralium ad illud inuitãtur vide in fine voluminis actorum Ecclesię Mediol. fol. 359. Quinto quæro quid de

de alijs. Resp. quòd ad concilium prouinciale nedum debent venire episcopi, verùm etiam alij inferiores qui se lesos esse existimant, sed episcopi veniunt vt diffinitores, isti autem pro iustitia consequenda d. c. propter vbi Cardin. Alex. in primo no. 18. distin. Sexto quæro qui debeant omnino vocari. Resp. quòd de necessitate ad illud vocandi sunt episcopi, & nō alij. Inno. hostien. & Zaba. in d. c. graue de preb. abb. in disputa. prima. nu. 29. & sequuntur cōiter doc. vt refert Card. Alex. in d. c. ꝓpter el primo. Septimo quæro quid si episcopus vocatus moritur, resp. quòd si citato episcopo, & eo mortuo fuerit, ꝑuisum de alio ante inchoatum concilium ex illa citatione nō arctaretur successor Card. Iacoba. in d. tract. de concil. lib. 2. art. 4. q. 6. Octauo quæro quid si episcopus nō reperitur in diocesi. resp. quòd episcopi qui nō sunt in suis diocœsibus, sed extra eas necessario non sunt personaliter citandi ad cō cilium prouinciale Card. Alex. in c. peruenit in 4. no. 18. distin. verum in prouinciali concilio Sanctæ Seuerinę obseruauimus literas Metropolitani directas episcopo absenti cōsignari facere eius capitulo vt transmictat, & proponere edictum ad valuas cathedralis. Nono quæro de tēpore & loco. resp. non debere concilium prouinciale celebrari temporibus quibus abstinentiæ, seu contemplationi est vacandum vt in quatragesima, & in diebus quibus insistendum est celebrationi sollemnitatū præcipuarum c. habeatur vbi Card. Alex. in fi. 18. distin. boct. de synodo par. 1. nu. 56. & in congregationibus cōciliorum debet haberi ratio

vt hij qui vocati sunt, non fatigentur propter descrimina itinerum, debent ergò fieri huiusmodi congregationes, & conuentus in loco non multum remoto, imo proportionato respectu eorum qui debent venire, etiam debet haberi ratio tēporis vt non in hieme maxima fiant cum in istis temporibus periculosa sit itineratio Card. Alex. in c. quoniam 18. distinc. doct. in d.par.1.nu. 56. Decimo quæro deter mino aduenienđum. resp. quod vocati ad con cilium debent venire infra terminum, vel saltem ad terminum eis assignatum c. placuit, & c.Si episcopus 18.dist.Sed quandiù concilium non est absulutum poterit episcopus moram purgare, & non punietur pęna canonica doct. in d.c.Si episcopus Card.Iacoba.in dicto trac. lib.2.art.5. fol.110. Vndecimo quæro quid si venit & discessit in licentiatus. resp. quòd episcopus qui venit ad concilium & discessit in li cētiatus ante quàm synodus absoluatur debet excommunicari, & excommunicatus à synono non potest absolui per singulos prelatos synodi, sed ab ipsa synodo tantùm c. si quis. 18. distin. vbi Card. Alex. notat paria esse non venire, & ante dissolutum cōcilium recedere facit tex. in c. certum 11. q. 3. & c. 1. de iudi. in tātum quòd si vocatus ad cōcilium expectasset per plures dies alios absentes, & postea etiam in die prorogatā in licentiatus recederet punietur tanquam contumax non expectato fine concilij Card. Iacoba. in d. arti. 5. fol.112. & 113. synod. vgo. in 4.par.fol. 144. & contumax dicitur ille qui in licentiatus recedit dec. in c. 1. de iudi. nu. 43. in prima lectu. Duodecimo

quæro

quæro quid si non omnes venirent. resp. quòd si Archiepiscopus vocat subditos ad conciliū, & ipsi non veniunt in termino eis assignato, conuincuntur de negligentia, & potestas deuoluitur ad accedentes etiam numero paucio res Card. Iacob. in d. tract. lib. 5. art. 7. fo. 275. Decimo tertio quæro de excusationibus nō venientium. resp. quòd episcopus qui nō potest interesse concilio debet se excusare per literas subscriptas per eum, & excusationis suæ rationem exprimere apud Metropolitanum, & nō est necesse apud totum concilium illam allegare Card. Alex. in d. c. placuit 18. distin. quem sequitur Card. Iacoba. in d. trac. lib. 2. art. 4. q. 7. fol. 103. qualiter autem probabitur impedimentum vide glo in d. c. placuit. Decimoquarto quæro quenam excusatio requiritur. resp. non quamlibet necessitatem excusare episcopum vt non teneatur venire ad concilium, sed requiri grauem necessitatem, & tunc tenetur mittere nuncium ad recipiendum statuta edita in cōcilio prouinciali c. episcopus cum seq. & ibi Card. Alex. ac etiam in c. peruenit 18. distin. vbi glo. in verbo necessitatibus ponit multa quę excusant ne vocatus teneatur venire ad concilium. formula literarum quibus episcopi à cōcilio prouinciali absentis excusatio accipitur, reperitur impressa in fine voluminis actorum Ecclesiæ Mediolanen. fol. 359. Decimoquinto quæro quid si episcopus subest duobus Metropolitanis prout dicit glos. in c. 1. in verbo vniēdo ne Sed. vac. & eodem tēpore vocetur ab ambobus ad cōcilium. resp. quòd accedendo ad vnum potest mittere procurato-

rem ad aliud. Decimosexto quæro, quid de. uocato ad concilium à Metropolitano, si eo- dem tempore vocetur à Rege ad quem potiùs accedere debeat vide glo. in c. si episcopus 18. distin. & in c.cum parati de appel.vbi Inno. & Abb.Card.Iacob. in d. tract. lib.1. artic. 5. fol. 117. Lancel.Conrad.in templo omni iud.lib. 1.c.2.§.3.nu.9. Decimo septimo quero an pos sint episcopi compelli vt veniant cessante im- pedimẽto, & quomodo. Resp. quòd sicut pos- sunt compelli subditi venire ad synodum epi scopalem, sic & compelli possunt episcopi vt veniant ad concilium proninciale Abb. in c. quod super his de maio. & obed. in 3. no. De- cimo octauo quæro de pena contumacium. Resp. quòd episcopus qui impedimento cano- nico cessante non venit ad cõcilium debet pri uari communione aliorum episcoporum vsq; ad futurum concilium si fuerit contumax c. si quis episcoporum & ibi Card Alex. in 3. no. 18. distin. faciunt etiam c. non oportet c. per- uenit in fi. c. si quis autẽ c. placuit, & c. si quis episcopus dist. ead. vnde non erit talis episco- pus prohibitus celebrare diuina officia, & re- cipere Sacramenta Ecclesiastica, & communi care cum cæteris episcopis, & alijs, sed tãtum erit suspensus à communibus negotijs cũ alijs episcopis, nec poterit interesse Scrutinio epi- scoporum, nec consecrationi eorum, & alijs communiter pertractandis cum Metropolita- no & episcopis glo. in d. c. placuit, & Cardin. Alex. in fi. Card. Iacob. in d. arti. 5. in princ. fol. 111. subdens quòd etiam poterit excõmu- nicari excludendo à communione fidelium,

 & erit

& erit in electione Archiepiſcopi; quòd ſanè debet intelligi vt ſi primo vocatus non venit procedit prędicta pæna, ſi iterum & tertio monitus non venit poterit excommunicari, nec punitur bis ex eodem delicto, ex multiplicato enim delicto contumaciæ augetur pæna ideo & ſi vnica citatione monitus non venit poterit priuari communione aliorum epiſcoporum, & iſta non eſt excommunicatio vndè ad hanc pœnam inferendam ſufficit vnica monitio d.c. ſi Epiſcopus, ſi tamen poſtea tertio monitus adhuc perſiſtit in ſua contumacia tunc poterit excommunicari, & pro hac diuerſitate facit: quia priuatio à communione de qua in dictis iuribus, non eſt cenſura eccleſiaſtica, ſed pœna canonica, & ideo trina monitio in ea non requiritur, ſecus in excommunicatione, quæ eſt eccleſiaſtica cenſura. c. querenti de verb. ſign. & non poteſt, niſi trina monitione præmiſſa proferri c. ſacro de ſent. excom. c. 1. eo. tit. in ſexto, ad prædicta facit in ſimili, quod notat Ioan. And. in cap. 1. de exceſ. prelat. vbi dicit ad inferendam penam ſuſpenſionis non requiri monitionem, quando profertur, vt pœna, quando autem profertur, vt cenſura trina monitio debet præcedere. ita ſe ſidet Card. Alexã. in d. c. ſi quis epiſcoporum, cuius dictis addo etiam, vt ſi vocatus ad concilium negligit venire, & non mictit, nec ſe excuſat non ſtatim puniendus eſt tamquàm contumax, ſed prius debet admoneri & requiri, & tandem citari ad videndum ſe declarari. c. propter, el primo. 18. diſtin. & ibi glo. Card. Iacoba. in d. tract. lib. 1. art. 5. in princ. fol. 114. facit

est id quod dicit Innoc.in c.cum olim in fi:de testi. quòd contumax in processu iudicij citatur ad sententiam, item in procedendo cõtra episcopos consulerem seruandá esse constitutionẽ Alex. 3. relatam in c.2.de off.deleg.in 6. Decimo nono quæro an episcopus pro dicto accessu possit petere subsidium. Resp. quòd episcopus volens ire ad concilium potest petere ab ecclesiis subiectis, vt conferant expensas. Bellencinus Rotæ Auditor in tract.de charitatiuo subsidio.q.21. Card. Iacoba. in d. art. 5.fol.111.quod intellige,quando episcopus est pauper,qui non haberet ad faciendum expensas,vt per eũdem Card.Iacoba.in d.art. 5. fol. 101. col. 1. Rebuf. in tract.concordatorum in rub. de publicis concubinariis. §. quia vero. quod charitatiuum subsidium non exigendũ est à pauperibus, & ille dicitur pauper clericus,qui ex reditibus non percipit vltra decentem victum suum Bellen. in d. tract. q. 30. & quando prælatus possit imponere charitatiuũ subsidium,vltra Bellen.in d.trac.vide Affli.in consti.Regni. quam plurium nu.2. Boe.decis. 133. cum tribus sequentibus. Vigesimo quęro quid de Archiepiscopo. Resp.quòd Archiepiscopus non debet petere aliquid à prẹlatis venientibus ad cõcilium aliàs teneretur in quadruplum.c.quoniam.18.dist.qui tex.loquitur, quando Archiepiscopus experierit, si tamen ipso non petente aliquis de suffraganeis episcopis aliquid daret de ibi contentis non incurreret in pęnam quatrupli Archiepiscopus, cum hanc pœnalem, non debeamus extendere ad casum non expressum, peccaret tamen

cum

cum abstinere,deberet à muneribus, secundũ Card.Alex.in d.c.quoniam vbi tenet, quod ex sola petitione incurrit in dictam pœnam de rigore iuris, sed de æquitate non, si non obtineat, & tunc authoritate maioris potest compelli ad soluendum de propriis bonis, & non ecclesiæ,& solutio debet fieri episcopo, quando agitur de restitutione rei petitæ,pœna autẽ applicabitur ecclesiæ cui facta est iniuria,munuscula autem seu exenia non debet illa quærere, nec ea sponte oblata respuere c. de eulogiis.18 distin.& ibi Card.Alex. Vigesimo primo quæro de ordine ad concilium prouinciale celebrandum. vide Pontificale Romanum par.3.fol.185.& concil.prouinc. Mediolanen. 4.par.3.c.4. fol. 78. Vigesimo secundo quæro de ordine in sedendo.Resp.quod episcopi, secundùm ordinationis suæ tempus,siuè ad concedendum, siuè ad subscribendum loca tenere debent c.fin.17.distin.conseruato Metropolitani primatu c.placuit 18. distin.dicit tamen glo.in c.per tuas de maio.& obed. esse ibi argumentum pro exemptis episcopis,vt in synodo sedeant in meliori loco,sed an præferãtur, non exemptis, primò promotis vide Abb.ibidem, si verò episcopus teneret locum Metropolitani;licèt sit posteriùs ordinatus præponitur aliis glo.in d.c.fin.& de Abbatibus, an debeant præcedere canonicos tractat Feli. in c. pastoralis nu.9.de off. deleg. Card. Iacoba. in d.lib.1.arti.8. fol.72. synod. Vgo. fol.88. vbi post Gemi.& Card. Alex.in d.c.fin.17.distin.tenet, quòd clerici seculares regularibus regulariter semper præferendi sunt. quomodo autẽ

se ha-

se habere debent in concilio residentes vide c.in loco benedictionis. 5.q.4. Vigesimo tertio quæro, quis in eo est præsidens. Resp. quòd Archiepiscopus in concilio prouinciali est præsidens d.c.placuit. glo. in c. pastoralis in verbo exceptis, de off.ord. & est caput concilij Abb. in c.graue nu.8.& Imo.nu.10.de præbē. Card. Alex. in c. si quis episcoporum. 18. distin. qui omnibus episcopis prelatis, & clericis prouinciæ præesse dicitur Bero. in c.1. de iudi. & authoritate Archiepiscopi celebratur Bonifa. de uitalinis in clem.1. nu. 45. de sent. excom. Vigesimo quarto quæro, qui nam iudices sint. Resp. ne dum Archiepiscopum, sed etiā alios episcopos esse coniudices c.1. vbi Abb. in primo nota.& Maria. Socc. in secundo nota. de li bel. oblatio. glo. in su. 9. q. 8. Sine quorum consensu non iudicat Archiepiscopus Abb. in c.1. nu.14. de iudi. Card. Iacoba. in d. tract. lib.5. arti.11. fol.292. Syno. Vgo. in 3. par. fol.108. col. 3. Metropolitanus, ergo est coniudex licet tamquam maior sedeat Card. Alex. 3. q. 8. in sum. & episcopi congregati non dicuntur esse ibi vt singuli, sed vt collegium c. 1. 34. distin. Ancha. & Feli. in c. sicut olim de accusa. Henr. Boct. de Syno. par. 2. nu. 48. & totum conciliū est iudex non autem singulares Abb. in c. non potest. nu.18. de sent. & re iudi. in Synodo vero episcopi vnus est iudex, & lata est differentia inter istam & illam vt per Boct. in d. tract. par. 1. nu. 33. sicuti non est bona similitudo arguere de concilio prouinciali ad generale Card. Iacoba. de concil. lib. 6. art. 2. fol. 345. Vigesimo quinto quero, quis est principalis iu

dex. Resp. quòd Archiepiscop⁹ est iudex principalis c.1.34.distin.& ipse habet principaliter iudicare de consilio aliorum episcoporum, Card. Alex. in c. de eo.50. distin. Archiepiscopus enim præsidens cū episcopis suffraganeis in concilio prouinciali habet iurisdictionem ordinariam d.c. sicut olim. Suffraganei episcopi in concilio existentes in cognoscendo sunt coniudices, in diffiniendo, vt assessores. Card. Alex. in c. propter el primo. 18. distin. Imo, in c. graue de præben. Boct. de Synod. par. 1. nu. 33. & par. 2 nu. 44. Synod. Vgo. c. 9. sed siue sint iudices, siue assessores non valet, quod fit eis non vocatis Inno. & Hostien. in d. c. graue. nā si Archiepiscopus vult statuere vniuersaliter in tota prouincia requiritur consensus suffraganeorum d.c. sicut olim de accusa. cum similibus, eorum enim qui participes sunt officij debet attendi consensus Abb. in c. cum olim nu. 4. de arbi. & tunc ligat subditos totius prouinciæ, aliter verò comprehenderet subditos diocesis suæ tantum. c. Romana & ibi glo. in verbo sententiæ de sen. excom. in sexto. item quando vult statuere vniuersaliter in prouincia vltra consensum suffraganeorum, requiritur etiam consensus subditorum suffraganeorum si statutum concernit ipsorum præiudicium vnde si faceret statutum Archiepiscop⁹, quòd possit cognoscere de causis subditorum suffraganeorum, & ad suam diocesim illos trahere tale statutum non valeret in præiudicium subditorum suffraganeorum, nisi consentirent Card. Alex. 18. distin. in Sum. Feli. in c. pastoralis nu 7. de off. ordi. Lancel. Conrad.

in tem-

in templo omnium iudicum lib.2.c.4. nu. 22. Vigesimo sexto quæro, quomodo sit pronunciandum. Resp. quòd Archiepiscopus tamquã caput de consensu & consilio suffraganeorum vel maioris partis pronunciare debet Io. And. post Hostien. in c.1. de libel. oblatio. idẽ Card. Hostien. & Zaba. in c. graue de præben. nu.6. vbi Imo. nu. 19. & hanc esse veritatem dicit Imo. in d.c.1. in vltimo not. & sub nu.21. Card. Iacoba. in d. tract. lib.5. arti.8. fol.288. & faciũt c. sane 65. distin. c. nec episcopi de temp. ord. c. sicut de accusã. & sic in praxi obseruari patet ex principiis nonnullorum conciliorum prouincialium, quæ sunt impressa videlicet Mediolanen. Consentin. Neapolitan. Beneuentan. & aliorum. Vigesimo septimo quęro de modo in statuendo. Resp. quòd Abb. in c.1. de pac. notat modum, & practicam condendi legem in concilio prouinciali, nam vnus de concilio facit propositionem, & reliqui si eis placet statuunt illam confirmando vel restringẽdo, seu ampliando. Vigesimo octauo quæro, an alij præter episcopos in d. concilio sint vocales. Resp. quod in concilio prouinciali Metropolitano multo plus quàm aliis est tribuendum, nã ipse potest eligere electissimos quosque sacerdotes, vt preter episcopos habeant in concilio vocem consultiuam, & decisiuam, vt latè demonstrat Doctor Michael Thomasius Hispanus in disputatione de ratione habendi concilia prouincialia Romæ impressa anno 1565. à fol. 81. vsque 99. Vigesimo nono quæro, quid si Metropolitanus à maiori parte in iudicando, vel statuensto dissentit. Resp. quòd

Metro-

Metropolitano discrepante prævalet prouincialis concilij sententia sententiæ Archiepiscopi dicit Card Iacoba.de concil.lib.6. art.2. fol.329. Henri.boct.de syno. par. 3. nu. 137. nam concilium prouinciale reputatur vt collegium Ancha. & Feli.in c.sicut olim de accusa. & in agendis à collegio si discordãt statur maiori parti c. sane & ibi Card. Alex.65.dist. glo.in c. si Archiepiscopus de temp.ordi.stan dũ est in dispositionibus concilij iudicio plurimorum Abb. in c.1.depac. & in c. in singulis nu. 5. de statu mo. & ideo concilij prouincialis iudicium integrum dicitur quia plurimorum sententijs comprobatur Clem. 1. de sent.excom. vbi Bonifa. de vitali in 10. nota. nu.45. dicit quod stabilius & firmius est statutum per concilium prouinciale quàm per sententiã præsulis prouinciæ sicut est Archiepiscopus licet auctoritate Archiepiscopi celebretur, Item dispositio synodalis dicitur quę fit à maiori parte Abb. in c. nõ potest sub nu. 16. de sent.& re iudi. denique Metropolitani suffragium non potest nisi vim vnius habere Doctor Thomasius in dicta disputatione fol. 89. & si non prævaleret majoris partis sententia posset Archiepiscopus solus decernere sine consensu suffraganeorum contra prædicta in superioribus quæstionibus 24. 25. & 26. non obstat c.si quis episcopus cum seq.6.q.4.quia speciale est in cõdemnatione vel absolutione episcopi vt ibi dicit glo. & in c. episcopus 65. distin. Trigesimo quæro quid si Archiepiscopus non vult pronunciare secundum vota majoris partis. Resp. tunc puto esse recurrẽdum
ad

ad Summum Pontificem per ea quę dicit glo. in cap. ſanè 65. diſtin. in vltimo dicto, in verbo iudicio 63. diſt. Trigeſimo primo quæro quid ſi ſententiauerit Archiepiſcopus ſecũdum voluntatem minoris partis, dicit Abb. in c. nec epiſcopi de temp. ordi. quòd vitiabitur factum. Trigeſimo ſecundo quæro de quibus cauſis poſſit cognoſcere Concilium Prouinciale, quam iuriſdictionem habeat & ſuper quos. Reſp. quòd Concilium prouinciale cognoſcit de omnibus cauſis eccleſiaſticis totius prouinciæ c. propter & ibi Gemi. notat 18. diſtin. & habet iuriſdictionem ſuper omnes de prouincia Abb. in c. graue nu. 4. de prę ben. & cognoſcit, & eſaminat delicta non ſolum ſuffraganeorum, ſed etiam ſubditorum ſuorum d. c. graue c. ſicut olim vbi hoſtien. de accuſa. & d. c. propter. Philip. Frãc. in c. fin. de cenſi. in ſexto Lancel. Corrad. in tẽp. om. iudi. lib. 2. c. 4. nu. 2. & habet iuriſdictionem ordinariam Card. Alexan. in c. experientiæ 11. q. 1. & 3. q. 8. in Sum. Bero. in c. 1. nu. 125. de iudi. & cognoſcit de omnibus cauſis nedũ per appellationem ſed etiam per ſimplicem quærelam Card. Alex. in c. de concilijs 18. diſtin. & in rub. de appel. nu. 34. & in c. cum ſpeciali nu. 27. eo. tit. quem ſequitur Card. Iacob. in d. tract. lib. 5. art. 11. fol. 298. Lancel. Corrad. in d. templo lib. 2. c. nu. 20. & debent audiri quærele omniũ læſorum d. c. propter, & ſecundùm Innoc. quem ſequuntur Io. Andr. Imo. Card. Zaba. in d. c. graue Abb. in c. 1. nu. 15. de iudi. & Card. Alex. in d. c. de concilijs 18. diſtin. etiã non citati tenentur reſpondere de

de quærelis ciuilibus, ac si citati essent, de criminalibus autem non, nisi sint citati, & exposita crimina super quibus accusantur, habent tamen ius reuocandi domum accusati. si pro specialibus negotijs fiat concilium, & petatur quod respondeant pro alijs arg. c. fin. de fo. comp. aliàs secus si indistincte fiat concilium pro omnibus negotijs emergentibus, etiam competit ius reuocandi domum si concilium sit de longinquo, nisi in casibus qui de sui natura tractantur in concilio secundum Card. Zabar. in d. c. graue Boct. de Syn. par. 3. nu 41. Card. Iacob. in d. lib. 5. arti. 8. fol. 189. Synod. Vgo. in prælud. c. 10. in fi. fol. 10. & in 3. par. fol. 108. col. 1. in fi. & episcopi in prouinciali concilio cõgregati loco ordinarij sunt in omnibus causis clericorum, quę ad concilium referuntur, ad illum autem qui præest diffinitio pertinet de consilio, & assensu aliorum episcoporum omnium, vel maioris partis hostien. in d. c. graue & dixi supra quæst. 26. cõcilium insuper prouinciale habet potestatem excommunicãdi episcopos illius prouinciæ Abb. in c. 1. nu. 5. de iudi. vbi Bero. nu. 67. & prælatos ex proprio delicto potest suspendere, episcopum tamen deponere non potest Abb. in d. c. graue nu. 4. de præb. quia depositio episcoporum soli Papę est reseruata Abb. in c. pastoralis in princ. de off. ordi. feli. in c. primo de iudi. nu. 23. dicit tamen Abb. in c. 2. nu. 3. de accusa. quod Archiepiscopus cum suis suffraganeis potest audire causam sed nõ diffinire, idẽ dicit Ancha. in d. c. graue num. 18. & Imo. sub nu. 19. solum enim interdicitur concilio pote

stas deponendi episcopos Abb. in c.primo de judi. Sed circa hoc vide quod fuit decretū per Conc.Trid.sess.24.de refor. generali c.5.& de reseruatis Sedi Apostolicæ vide notabilē glo. in c.quod translationē de off.lega.et in Clem. quia contingit de releg. domin. & enumerat Card.Sancti Sixti in c.huic sedi 17. distin.habes ergo quòd conciliū prouinciale potest cognoscere de causis quę vertuntur inter episcopos & clericos, itē poterit cognoscere de omnibus causis clericorum dūmodo factum sit notorium vel si res non patitur dilationem, vel in breui potest liquidari, ipse tamen Archiepiscopus, qui præest concilio, vel qui habet potestatem diffiniēdi debet hoc facere dę consilio. & assensu aliorum de cōcilio vel maioris partis c. nec episcopi de temp. ordi. &c. sicut de accusa. Card. Iacoba. in d. lib.5.art.8. fol. 288. in quo concilio debet etiam tractari de corrigendis excessibus, & moribus reformandis præsertim in clero d.c. sicut & c. propter 18.distin. & ex non celebratione cōciliorum sequitur inconueniēs quòd multa remanent incorrecta de his quæ concernunt ecclesiasticum statum c. peruenit 18. distin.& debet fieri inquisitio summaria propter breuitatem tēporis de his quæ sunt notoria, vel quæ cōfitentur per delinquentes, vel de quibus statim fides potest haberi, de dubijs vero delictis non est inquirendum, sed sunt cōmictenda hostien & Zaba. in d.c.graue sub nu. 3 & ibi Imo. sub nu. 19. Boct. de syno. par. 3. sub num.45.debet etiam fieri generalis inquisitio de malis, sed contra certam personam nō debet

bet fieri fama non præcedēte secundùm Abb. in d.c.graue nu.9. Trigesimo tertio quęro an cognoscat de Metropolitano. Resp. quòd cō-cilium prouinciale non iudicat Archiepiscopum c. graue de præben. sed tamen potest ex charitate reprenhendere glo. in c. si autem & ibi Card. Alex. 9. q. 3. negligentiam vero Metropolitani circa iustitiam ministrandam supplere potest concilium prouinciale c. si Metropolitanus & ibi Card. Alex. 6. q. 4. & potest cognoscere de causis appellationum interpositarum à Metropolitano glo. in c. multis in verbo ad maiorem 17. distin. in c. omnis oppressus 2. q. 6. in c. sicut el 2. in verbo hortamur., 2. q. 7. hostien. in d.c. graue in fi. Roma. cōs. 521. nu. 3. synod. Vgo. in prèludijs c. x. potest etiā cognoscere de causis ad Ecclesiam ipsius Metropolitani spectantibus glo. in d. c. sicut de persona autem, & statu ipsius Archiepiscopi prouinciale conciliū non cognoscit ad effectū iudicandi, sed admonendi ipsum Archiepiscopum vt se corrigat, & si obstinatus se corrigere nollet ad effectum denunciandi Summo Romano Pōtifici d. c. graue de pręb. Car. Alex. in c. si clericus 11. q. 1. non tamē potest se intromictere ad effectum iudicandi de eo vt no. glo. in d. c. sicut, per ea quæ habetur in c. cum inferior de maio. & obedi. & glo. fina. in c. primo de rapto. ita distinguit Bellamer. in d. c. sicut sub nu 11. vbi Card. Alex. 2. q. 7. & ratio est quia ipse præest concilio, & ideo ab ipso concilio tamquam inferiori nō debet iudicari Imo. in d. c. graue nu. 10. Trigesimo quarto quæro an ab eo possit appellari, & ad

quem. Resp. quòd à concilio prouinciali appellatur ad Papam c. sicut excellentiam 25. q. 4. Card. Alex. in rub. de appel. nu. 34. Feli. in c. 1. nu. 6. de iudi. Bellam. & Card. Alex. in d. c. multis, & synod. vgo. in præludiis. q. 10. Trigesimo quinto quæro, an totum conciliū prouinciale posit allegari, vt suspectum, & an si Metropolitanus non est suspectus possit recusari propter episcopos suspectos, & quid si tantum Metropolitanus est suspectus, vel aliqui de concilio vide Abb. in c. si quis contra cleri cum sub nu. 21. de foro comp. & in c. primo sub nu. 14. de iudi. & ibi dec. nu. 66. in prima & secunda lectura Feli. nu. 6. Ripa nu. 40. Car. Alex. in c. quia suspecti 9. q. 5. & in rub. de appel. col. 12. & in c. cum speciali eo. tit. Card. Iacoba. in d. tract. lib. 5. arti. 10. fol. 291. Boe. decis. 269. capi. decis. 138. Menoch. in tract. de arbi. iudi. lib. 2. centu. 4. casu 458. fol. 734. synod. vgo. fol. 108. col. 3. communis tamen est opinio totam synodum posse recusari Card. Alexan. in dicto c. cum speciali, & Deci. in d. c. primo num. 66. in prima lectura, & suspectus non debet interesse, quando votatur, etiam si non det uotum suum capi. in d. decis. numero 5. Carauit. in ritu mag. Curiæ Vic. 165. suspitionum vero causæ multæ reperiuntur in iure expresse & approbatè & minor causa repellit iudicem, quàm testem glo. in c. accedens, vt lit. non conte. Dec. in d. cap. 1. de iudi. num. 22. Septuaginta quatuor post Specul. refert Card. Alex. in cap. postremò de appella. vbi Philip. Franc. 40. reassumit tractando etiam de personis, quæ recusari possunt.

Abb.

Abb. remissiue in dicto cap. si quis contra clericum nume. 24. Matan. alias 40. referet in speculo par. vlti. à num. 25. vsque 68. fol. 144. Multæ tamen causæ possent obuenire, quæ iustiores sunt, quàm in iure expresse, & relinquuntur arbitrio iudicis, qui si malè arbitratur appellari potest Ioan. And. in dicto c. cum speciali colum. 3. Ancha. nu. 13. Abb. num. 9. & ceteri sequuntur in d. tit. de appell. Trigesimo sexto quæro, de potestate in statuendo. Resp. concilia prouincialia, neque diffiniendi, neque generaliter constituendi, vim aliquam habent, sed tantum curandi, vt id seruetur, quod aliàs statutũ est, & quod generaliter, seu specialiter obseruari preceptum est, 18. distin. in sum. cap. sicut olim, de accusa. Ioan. Paul. Lancel. in lib. 1. institu. iuris cano. in titu. de ecclesiast. consti. §. prouincialia; & dispositiones, quæ fiunt in concilio prouinciali, debent esse canonice & iuste, canonice quantum ad causam & iuste quantum ordinem notat Card. Alexã. in c. multis. 17. distin. & potest facere statuta clemen. 1. de senten. ex commu. Anchar. & Feli. in d. cap. sicut olim, quæ non debent esse in preiudicium aliorum inferiorum cap. vestra locati, neque contra ius canonicum cap. institutionis 2. quæst. 1. cap. quod super de maior. & obed. vbi Felin. notabiliter examinat, potest tamen statuendo adiuuare ius cõmune scilicet apponendo pœnam vbi ius non imponit, vel grauando penã à iure impositam c. innotuit & ibi Abb. & Ancha. de eo qui fur. or. suscep. c. 2. de cõsti. in 6. gl. in clem. ne Romani in verbo tolli de elect.

Abb. in c. cum dilectus nu. 10. de consue. in c. à nobis el primo nu. 2. de sent. excom. Gemi. Card. Alexã. & cæteri Doct. 18. distin. in sum. vbi dicit idem Card. non valere statutũ, quòd non possit à sententia appellari, de quibus conclusionibus latissimè per Henri. Boct. de syno. par. 3. reassumit Duenas in regula 249. cum sequen. Lancel. Corrad. in templo om. iud. lib. 2. c. 5. §. 3. nu. 55. & statuta concilij prouincialis ligant etiam subditos episcopi suffraganei absentis Card. Alex. in c. episcopus synodum 18. distin. & laici ligantur statutis Archiepiscopi factis in synodo prouinciali in materia spirituali c. fin. 18. distin. vbi Doct. Boct. de syno. par. 3. arti. 2. sub nu. 3. qui ibidem nu. 12. dicit quòd abstinere debent episcopi à nimia multitudine statutorum, & debent esse pauca, & de rebus in quibus iuxta temporum diuersitatem opus est prouidere. Trigesimo septimo quæro quibus præcipue sit in eo vacandum, & quid statuendum in eo, ac etiam de illius potestate præsertim ex decretis Sacri Concilij Tridentini. Resp. quòd episcopi in Concilio Prouinciali se exercere debent in meditatione euangeliorum, & canonicorum pręceptorum, ac in solicitudine ipsorum custodiendorum c. non oportet c. quoniam vbi Card. Alexã. notat 18. distin. ex quibus infert quòd illis temporibus, non debent prælati intendere conuiuijs, nec ludis, vel alijs actibus secularibus, sed de corrigendis excessibus & moribus reformandis pręsertim in clero diligentem habeant cum Dei timore tractatum canonicas regulas maximè, quæ statuta sunt in gene-

generali concilio Lateranenſi relegentes, vt eas faciant obſeruari debitam pœnam tranſgreſſoribus infligendo c. ſicut olim de accuſa. cóſtitutiones in d. generali concilio editas enumerat Hoſti. Io. And. & Io. de Ana. in d. c. ſicut. ſunt enim. 71. quę oés reperiuntur in volumine decretaliũ iuris canonici ſparſe ſub diuerſis relatę titulis, illas etiã refert ſynod. vgo. in prę-lũdiis. c. 9. poſt quarum enumerationem dicit Hoſtien. in d. c. ſicut quòd ſi Archiepiſcopus in concilijs neſcit quid proferat, vt ſe quandoq; vidiſſe teſtatur, poterit ſibi per has concordantias ex quib⁹ ſtatuta ſua eliciat ſubuenire. alias etiam regulas morales, & utiles poteſt addere, quas reperies in eodem volumine decretaliũ, & refert idem Hoſtien. in d. c. ſicut.

Audiẽdæ ſunt relationes teſtium ſynodaliũ, & ſi non ſunt de nouo ſtatui debent, de quorũ munere & fide habeť in d. c. ſicut ubi latè per glo. Hoſt. Abb. Anch. Feli. & cæteros Doct. & per Boct. de ſyno. par. 3. à n. 57. vſq; 76. ſynod. vgo. in præludijs cap. 9. & per concilium prouinciale Mediolanen. quartum par. 3. ſub. rub. de teſtibus ſynodalibus fol. 79.

Recipienda ſunt decreta Sacri Concil. Trid. & facienda eſt fidei profeſſio ex decreto eiuſdem concilij ſeſs. 25. de reform. cap. 2.

Prouidebit concilium prouinciale, circa deputationem perſonarum qualificatarũ pro cõmiſſione cauſarum à Sede Apoſtolica iuxta cap. ſtatutum de reſcrip. in ſexto, ex decreto eiuſdem concilij ſeſsio. 25. de reformat. capitul. 10.

Synodus prouincialis pro cuiuſque prouin-

ciæ, vtilitate & moribus certam cuique formu lam præscribet, quæ ad debitum in diuinis officijs regimen spectant, deque congrua in his canendi, seu modulandi ratione, de certa lege in choro conueniendi, & permanendi simulque de omnibus ecclesiæ ministris, quæ necessaria erunt, & si qua huiusmodi ex decreto d. concil. sess. 24. de refor. generali. c. 12.

Examinare debet concilium prouinciale vocatis quorum interest, & diligenter expendere, quas cathedrales ecclesias propter angustias, & tenuitatem redituum inuicem vnire, vel nouis prouentibus augere expediat, confectaque de premissis instrumenta ad Summũ Rom. Pont. mittere ex decreto eiusdem concilij sess. 24. de refor. generali c. 13.

Synodus prouincialis prouidet, an pro moris regione videbitur magis expedire, vt per edictum etiam publicum vocentur, qui volét examinari ad beneficia curata obtinenda, quorum examinatores in synodo prouinciali si opus erit rationem reddere tenentur, & si quid contra officium eos fecisse compertum fuerit grauiter eius arbitrio puniuntur, circa quam examinis formam prouidere potest, iuxta tenorem decreti eiusdem concilij sess. 24. de refor. generali. c. 18.

Ad Metropolitanum vna cum concilio prouinciali spectat iudicare de licentijs datis nõ residentibus ex decreto eiusdem sess. 23. de refor. c. 1. quod decretum debet in eo publicari.

Archiepiscopum, & superiores negligentes in institutione Seminarij Synodus prouincialis acriter corripere potest, & cogere ad illius

erectionem, ac pro regionis more pro eccle-
siarum, & beneficiorum qualitate prouidere-
circa illud iuxta decretum eiusdem concilij
sess.23.de refor.c.18.

Præscribit propriam examinis, seu instru-
ctionis faciendæ formam à sanctissimo Ro-
mano Pontifice approbandam, quæ magis eis-
dē locis vtilis, & opportuna esse videbit, circa
pmouēdos ad cathedrales iuxta decretū eius-
dē concilij sess.24.de refor.generali.c.primo.

Causa cognita & approbata in cōcilio pro-
uinciali Metropolitanus potest visitare cathe-
drales ecclesias episcoporum comprouincia-
lium, & eorum dioceses ex decreto eiusdem
conc.sess.24.de refor. generali c.3.

Episcopi & visitatores excedentes in visita-
tione vltra pœnas impositas, etiam alijs pœ-
nis in synodo prouinciali arbitrio synodi abs-
que vlla spe venię mulctātur ex decreto eius-
dem concilij in loco præallegato.

Quando non constat, quæ cathedralis ec-
clesia sit proximior ecclesiæ seculari nullius
diœcesis platus illius, debet in cōcilio prouin-
ciali semel eligere prelatū, qui tanquā Aposto-
licę Sedis delegatus visitabit ex decreto dicti
concilij sess.24.de refor. generali. c.9.

Supplet & coercet negligentiā epōrum in
exequēdis decretis Sac. Conc.Trid.in mona-
sterijs sibi subiectis, & in oībus alijs ipsis ī de-
cretis d. cōcilij specialiter cōmissis, & proui-
dit, etiam in defectum capitulorum genera-
lium per deputationem aliquorum eiusdem
ordinis iuxta tenorem decreti eiusdem conci
lij. sess.25. de regula.c.22.

Syno-

Synodus prouincialis, vel deputandi ab ea cognoſcunt de locationibus rerum eccleſiaſticarum in damnum Eccleſię contra canonicas ſanctiones factis iuxta formam decreti eiuſdem concilij ſeſſ. 25. de refor. c. 11.

Epiſcopos concubinarios ſynodus prouincialis admonere debet, & ſi perſeuerent referre ad Sanctiſſimum Romanum Pōtificem ex decreto eiusdem concilij ſeſſ. 24. de refor. generali c. 14.

Abuſus indulgentiarum ſi quæ irrepſerunt epiſcoporum ſententia cogniti in prouinciali ſynodo Sanctiſſimo Romano Pontifici referri debent ex ſeſſ. eadem in fi. de indulgentijs, & circa noua miracula, nec nō nouas reliquias recipiendas vide in ſeſſ. 25. in decreto de reliquijs.

Minores criminales cauſę epiſcoporum in concilio tantum prouinciali cognoſcantur, & terminentur, vel ex deputatis per concilium prouinciale, non autem grauiores ex decretis eiusdem concilij ſeſſ. 24. de refor. generali c. 5. & ſeſſ. 13. de refor. c. 8. & quænam cauſa requiratur vt epiſcopus poſſit citari vt compareat perſonaliter vide in ſeſſ. 13. c. 6. vbi in c. 7. habetur quænam qualitas requiratur in teſtibus contra epiſcopum deponentibus.

Debet à concilio prouinciali fieri diligens inquiſitio an beneficia fuerint collata indignis perſonis, & collatores ab eodem poſt primam, & ſecundam monitionem reperti culpabiles ſuſpenduntur à collatione, Metropolitani vero delictum ſuperioris iuditio relinquitur ex parte concilij nunciandum d. c. graue

Concil. Tri. ſeſſ. 7. de refor. c. 3.

ue de prçben. vbi Imo. post Io. And. in d. c. graue num. 17. dicit quòd episcopi delinquentes conferendo indignis beneficia possunt puniri per Archiepiscopum suum sed Archiepiscopus si negligens est tunc concilium habet potestatem hoc faciendi.

Per concilium prouinciale compescatur si quis iudeos, vel paganos officijs publicis præfecerit dicitur in c. cum sit de iude.

Trigesimo octauo quçro quandiu durabit. Resp. quòd congregati in concilio non morãtur simul nisi tribus, vel quatuor vel paucis diebus hostien. in d. c. graue col. 3. de præben. & non debet concilium prouinciale durare vltra vnam hebdomadam tamen propter iustam causam posset vlterius differri propter imminentia negotia Card. Alex. in c. propter el primo. 18. distin. Trigesimo nono quæro de illius publicatione. Resp. quod singuli episcopi infra sex mẽses debent notificare in diœcesibus suis ea quę in cõcilijs prouincialibus statuta sunt c. fin. 18. dist. vbi Card. Alex. dicit quòd de his sex mensibus subducitur tempus quo ordinarius potuit redire de concilio, & quòd deberent ex latino vulgarizari vt illa idiote intelligerent formulam autẽ ac clamationum in fine concilij prouincialis faciendã, Item formulam literarum de monitionibus quæ episcopis à concilio prouinciali absentibus mittuntur, aliamq; formulam literarum quibus concilium prouinciale mictitur ad Sũmum Pontificem. Itemq; formulam literarũ ad episcopos prouinciæ de affixione, & promulgatione illius. Imprimi fecit Card. Sanctę

Praxedis in fine voluminis actorum Ecclesiæ Mediolanen. fol. 353. Quatragesimo quæro quinam habeant potestatem absoluendi à censuris per illud latis. Resp. quòd Archiepiscopus, & ordinarius possunt absoluere à sententia excommunicationis latæ per canonem synodalem doc. in d.c. graue vbi Ancha. nu. 12. & quod absoluere possint suffraganei à sententijs per concilia prouincialia latis tenet etiam Boct. de syno. par. 3. artic. 5. nu. 2. post Archi. & cæteros doc. 17. distin. in ijum. quando tamen quis esset excõmunicatus à concilio prouinciali per viam sententiæ non potest absolui nisi de mandato concilij, secus si per viam statuti Card. Alex. in c. propter el 2. 18. distin. denique ex præcedentibus habetur quanta sit Archiepiscopi potestas quoad concilium prouinciale quæ est in eo conuocando. prout in prima, & secunda quæstione diximus, Item in recipiendo excusationes episcoporum non valentium venire vt in quæst. 13. in procedendo contra contumaces prout in quæst. 18. In sedendo, præsidendo, & pronunciando tanquam capud. prout in q. 22. q. 23. & 25. 26. item in eligendo prout in q. 28. item vt in concilium non iudicet de eo vt in q. 33. & in absoluendo vt in præsenti quæst.

PER

PER ILLVSTRI

ET REVERENDISS. D. D. FRANC. ANTONIO SANCTORIO,

SANCTAE SEVERINAE *Archiepiſcopo.*



BSOLVTO prouinciali Concilio Sanctæ Seuerinæ cogitaui cæteras Metropolitani au ctoritates proſequi, & non ſine magno labore collectas, præcedenti tractatui adiunxi, ad Illuſtriſsimum Dominum Cardinalem fratrem tuum dicato, & vna cum eo in lucem æditurus, meritò Amplitudini tuæ hanc partem acceſsionis iure, & ex omni cauſa dicare

care debeo: te enim in Metropolitico iure iuxta Sacros Canones tuendo, & conseruando nemini vidi secundum. Accipe igitur hilari animo hos meos labores, meq. qua soles beneuolentia complectere. Deus Amplitudini tua perpetuam vita tranquillitatem, & felicitatem largiatur. Neapoli die nono Iulij. 1586.

Amplitudinis tua per illustris atq. Reuer.ma

Humillimus, & obligatiss. Seruus

Stephanus Quaranta.

STEPHANI QVARANTA V. I. D.
Canonici Neapolitani.

DE PRAESTANTIA ARCHIE-*piſcopi, & eius auctoritate in ſuffraganeos, eorumque ſubditos, & tota prouincia.*

OCCASIONE eorum quæ ſunt recollecta in præcedenti quæſtione deuenio ad tractatū de Archiepiſcopi præſtantia & auctoritate extra cōcilium prouinciale, & dicimus quod quamuis reſpectu ordinis epiſcopalis in ſui ſubſtantia id eſt reſpectu caracteris nihil plus habeat Archiepiſcopus, quàm epiſcopus, tamen reſpectu exequtionis, & exercitij maiorē ſolicitudinem habet Archiepiſcopus. Card. Zab. in Clem. Archiepiſcopo nu. 7. de priuileg. & ad dicta per eum ibidem vide notabiles glo. in c. quia periculoſum in verbo de epiſcopis de ſent. excom. in ſexto, & in extrauag. Ioan. 22. ne Sede vacan. in verbo coepiſcoporum, & Archiepiſcopus præcellit cæteros epiſcopos honore Gemi. in c. per ſingulas el ſecōdo 9. q. 3. & dicitur Metropolitanus perſona magis priuilegiata c. ſeruatis, & c. igitur 25. q. 2. cuius præſtantia aliquando appellatur auctoritas Metropolitana c. ſollicitudinem de

appel. c. de his 12. distin. c. fi. 51. disti. alibi dicitur Metropoliticum ius c. cũ à nobis de arbi. & Archiepiscopalis dignitas & fin. de purga. cano. hinc dicitur in extrauag. com. incipit Saluator de præb. quòd Metropolitana Ecclesia est grandioris honoris titulo suffraganea, quæ est sub iurisdictione potestate, & subiectione Archiepiscopi, capituli, & Ecclesię Metropolitanæ, facit tex. in c. super eo de censi. quòd prouincia est ad iurisdictionem Metropolitanę Ecclesię, & nota ex d. extrauag. quod Metropolitanus & Archiepiscopus idem sunt c. pastoralis in princ. de off. ordi. Imo. Zab. & Vital. in d. Clem. Archiepiscopo. Lancel. Corrod. in templo om. iudi. lib. 2. c. 4. de Archiepiscopo; ad ostendendum igitur quanta sit auctoritas Metropolitana in suffraganeos, eorumq; subditos, & tota prouincia, dicta Sacrorum canonum, & doctorum in hac materia scribentium in vnum redigere curabo, quę consistit in multis, & incipiendo à suffraganeorum personis.

PRima est vt electum in episcopum Archiepiscopus confirmat c. r. 64. distin. cannotuit, & c. cum dilectus de elect. c. inter corporalia de transf. epis. c. qua fronte de appel.

SEcunda authoritas est, quòd electione non celebrata infra tres menses iusto tamen impedimento cessante, ab ijs qui eligere debuerant, eligendi potestate ea vice carent, & deuoluitur ad Archiepiscopum, Superiorem proximum, c. ne pro defectu de electio. cap.

quam-

quamquam de elect. in sexto. sed antea deuoluebatur ad Papam cap. dilectus ad conces. preben. vbi Inno. 3. cassauit quamdam electionem factam ab Archiepiscopo Sanctæ Seuerinæ, sed postea idem Inno. in d. c. ne pro defectu aliter generaliter decreuit.

TErtia auctoritas est quia quando duo cõtentiosè in suffraganeam Ecclesiam eligũtur, & hinc inde sunt equalia omnia, poterit Archiepiscopus gratificari cui vult c. fin. 63. distin. & vide hostien. in sum. de off. ord. sub nu. 7. versi. custos. Sed hæc Archiepiscopi exercebant quádo seruatur scrutinium serotinum, quo antiqui vtebantur antequã electus in episcopum consecraretur de quo vide in Pontificali Romano par. 3. fol. 232. & quoniam Ecclesiarum cathedralium, siue Metropolitanum ac Patriarchalium prouisiones, seu electionum ad illas confirmationes, ad Sedem Apostolicam hodie pleno iure pertinent, & ab eadem Ecclesijs pastore viduatis, vel de nouo prouidetur vel electiones ab illis quibus ex priuilegio licet, canonice celebrate confirmantur vt legitur in dicto Pontificali par. 1. in rubr. de consecratione electi in episcopum fol. 22. ideo superfluum est hodie de his disputare dicit Vgonius in tract. de concilijs in præludijs. c. 7. in fi. adeo quod prouisio facta à Papa habet vim electionis, & confirmationis Abb. in cap. cum olim de causa poss. & proprie. post glo. in cap. primo de electio. in sexto. Felin. in cap. eam de rescrip. henri. boct. de syno. par. 1. n. 33. de quorum esamine

habendo, circa eorum qualitates vide concil. Trid. sess. 24. de refor. generali c. primo & sess. 22. cap. 2. consecratio verò si extra Romanam Curiam fiat in ecclesia ad quam promoti fuerint, aut in prouincia si commodè fieri poterit celebretur ex decreto Conc. Trid. sess. 24. de refor. generali c. 2.

QVarta auctoritas est, nam confirmato electo in episcopum Archiepiscopus in cōsecratione sui suffraganei interuenire debet, vel eā commictere, nec alij episcopi sine eius mandato consecrare debent, vt habetur 64. & 65. distin. per totum. c. qui in aliquo 51. distin. c. suffraganeis de electio. c. si Archiepiscopus cum sequenti de temp. ord. c. inter corporalia de trans. epis. c. quod sedem de off. ord. glo. in c. perlectis in verbo iurgia 25. distin. & hęc auctoritas cessat, quando quis est ordinatus à Papa vel de eius mandato c. nunc vero 9. q. 3. & cognoscens episcopum consecrandum esse indignum Metropolitano potest denunciare. c. 1. de scruti. in ordi. facien.

QVinta autoritas est, quia Metropolitanus à suffraganeo exigit iuramentum, sed illud nō debet exigere vltra formam statutam à canone c. dilecti de maio. & obed.

SExtò ad consecrationem Metropolitani debent episcopi comprouinciales venire c. qui in aliquo in fin. 51. distin. & 66. distin. & in cap. si Archiepiscopus cum sequenti de tempo. ordina.

Septi-

SEptima auctoritas est, nam vocati ab Archiepiscopo pro consecratione alterius suffraganei tenetur accedere c. non debet cum sequenti 65. distin. d. c. si Archiepiscop⁹. Card. Alex. in cap. si episcopus. 18. dist. & vbi vult Metropolitanus ibi consecrari debet d. c. qui in aliquo.

OCtauum Metropoliticum ius est, quòd episcopus qui in Metropolitana ciuitate non fuerit ordinatus infra duos, seu tres menses proprij Metropolitani sui pręsentiam visurus accedere tenetur, vel impeditus scribere, vt ab eo monitis ecclesiasticis instructus plenius quid obseruare debeat recognoscat c. cum longe 63. distin. & c. si quis 65. dist.

NOnum Metropoliticum ius est, quia Archiepiscopus est pater, & episcopus animarum suffraganeorum, ita scripsit Inno. tertius Arelaten. ecclesiæ suffraganeis, vt legitur in primo tomo Decretalium, & aliarum eius epistolarum Romæ impresso de anno 1543. fol. 228. quarum literarum tenor his duximus inserendum videlicet. Cùm secundum doctrinam euangelicam, quæcumque vultis, vt faciant vobis homines, & vos eis eadem facere debetis, eam reuerentiam vos conuenit præstare prælatis, quam vobis vultis à subditis exiberi, sanè cum venerabilis Frater noster. N. Arelaten. Archiepiscopus Metropolitanus vester illis studijs & meritis adiuuetur, vt commendationibus non indigeat aliorum, fraternitati vestrę duximus auctoritate pręsentium

iniungendū per Apostolica scripta precipiendo mandantes, quatenus ei tamquam patri, & episcopo animarum vestrarum deuotè studeatis, & humiliter obedire, aduocationem ipsius nisi euidens necessitas contradicat, secundùm traditionem canonicam sine difficultate qualibet accedentes. Datum Lateran. 4. Decembris.

Idem Innoc. scribens. N. Lexouien. episcopo suffraganeo Rothomageñ. Archiepiscopi. fol. 108. inter alia scribit hæc verba videlicet. Ad hæc ne propter hoc tu videaris ab ipsius subiectione subtractus volumus vt sibi tamquam Metropolitano tuo debitam obedientiam exibeas cum honore, ipse vero (sicut ratio mutue charitatis exposcit) tibi vt fratri, & episcopo suo paternam benignitatem, ac dilectionem impendat.

Idem Inno. scribens suffraganeis Acheruntinæ Ecclesiæ. fol. 367. inter alia scribit hæc verba videlicet: dictum Archiepiscopum probatum vita, litteratura pollentem, honestate plæclarum potentem in opere, & sermone regimini Ecclesiæ Acheruntinæ duximus deputandum & infra. fraternitati vestrę per Apostolica scripta mandamus, atque præcipimus quatenus ad eum sicut patrem, & pastorem vestrum piam geratis deuotionis respectum & licet propter inclementia aeris, & tempus impacatum obsequiis nostris detentus &c. nihilominus tamen procuratorem, & officiales ipsius, sicut ipsum recipere &c.

Hinc deducitur quod ab Archiepiscopo de anima episcopi ratio exigetur, & ideo tenetur

tur ſcire quis ſit eius confeſſarius hoſtien. in ſum. de peniten. & remiſs. num. 18. in fi. qui paulò poſt ſub nu. 20. dicit quòd epiſcopus debet confiteri Archiepiſcopo quãdo ſcilicèt venit ad concilium prouinciale.

Notatur etiam ex modo relatis, quod Archiepiſcopus paſtoralem habet auctoritatem ſuper epiſcopum ſuffraganeum c. primo 34. di ſtin. Gemi. in primo de ſup. neglig. prælat. in ſexto col. 4. in fi.

Ex proximè dictis etiam infertur, quòd ſuffraganei ſuo Metropolitano obedientiam, & reuerentiam præſtare debent glo. in c. antiqua in verbo obedientiæ de priuileg. & faciũt ad prædicta, quæ dicuntur in conſtitutione Pij ſecundi erectionis Eccleſię Senenſis in Metropolim, & Archiepiſcopalem in anno 1459. fol. 74. in Bullario incip. triumphans & infra vbi dicuntur hæc verba videlicet, quodque ſuffraganei ciuitatum diocœſumque clerici, & laici præfatis Archiepiſcopis veluti ipſorũ Metropolitanis debitã exibeant obedientiam reuerentiam pariter, & honorem.

In alia conſtitutione Gregorij decimotertij erectionis Eccleſiæ Bononienſis in Metropolim, & Archiepiſcopalem in anno 1582. fol 1320. in Bulla no. incipiente: Vniuerſi & infra dicuntur hæc verba videlicet: ſuffraganeæ Eccleſiæ & capitula, & eorum preſules tamquam membra capiti eidem Archiepiſcopo Bononienſi iure Metropolitico ſubſint ſibi obedientiam, & reuerentiam tamquã proprio Metropolitano prorſus exibeant,

pariter perpetuo subijcimus eidem Archiepiscopo Bononiensi; prædictos suos suffraganeos consecrandi, ad prouinciales synodos euocandi, ac cum eis etiam ecclesiastica negotia terminandi, eorum ecclesias disponendi, & causas quarumcumque appellationum siuè quęrelas aliàs iuxta sacrorum canonum statuta cognoscendi, omniaque alia & singula, quę de iure vel consuetudine aut aliàs quomodolibet ad Archiepiscopos, & Archiepiscopale munus spectare, & pertinere solent, & debent gerendi, & exercendi plenam, & omnimodā concedimus facultatem. &c.

Et suffraganei partem sui Metropolitani fauere debent, quo ad ea, quæ spectant ad honorem ipsius glo. in c. cum in iuuentute in verbo tunc purgarent de purg. cano. debitum ergo honorem debent suffraganei exibere Metropolitano, & eum diligere, & revereri ac memini esse sub Metropolitano cap. quia per ambitiones vbi glo. in verbo meministis 64. distin. c. per singulas vbi glo. in verbo cognoscere 9. q. 3. Solicitudo namque totius prouincię Archiepiscopo commissa est c. cleros 21. distin. & d. c. per singulas. c. 1. de auth. & vsu pal. & per singulas prouincias oportet episcopos recognoscere Metropolitanum suum, qui eis præest d. c. per singulas. el primo & secundo. c. primo de off. lega. & ei tamquam maiori obedire glo. in c. si episcopus in verbo perceptione 18. distin. dummodo mandatum sit secundum canones c. dilectus de temp. ordi. facit text. in c. dilecti filij de maio. & obedien. glo. in c. ad aures d. tit. de temp. ordi. & in c. ne

Dei

Dei ecclesiam de ſimo.in c.ſanè de exceſ. præla.& in c. ex tenore de ſent. excom. Item qui ſcit ſe quibuſdam eſſe præpoſitum non moleſte ferat aliquem ſibi eſſe prælatum, ſed obedientiam quam exegerit etiam ipſe depēdat, & ſicut non vult grauis oneris ſarcinas ferre ita non audeat alijs importabile pondus imponere verba ſunt hæc Leonis Papę relata à Gratiano in c.qui ſcit 2.q.6. vbi glo. infert ad epiſcopos qui non debent egreferre appellationes ab eis interpoſitas facit tex. in c. quorundam 74.diſtin.& d. c. dilecti filij de maio. & obe.& c.prohibemus de cenſi. His accedit quòd licèt epiſcopus debeat portare in publico & in eccleſia rochetum ſuper alia veſtimenta c.clerici vbi Abb.num.4. de vi. & hon. cleri. quod rochetum fertur diſcopertum ab epiſcopis in locis eorum diœceſum, tamen epiſcopi Mediolanenſis prouincię coram ſuo Metropolitano debent ferre detectum ex decreto concilij prouincialis Mediolanēſis quinti par.3. ſub titulo de epiſcopo, epiſcopali iuriſdictione, & foro fol.125. cuius verba duximus inſerenda videlicet. Si quando contingerit vel legatum Pontificium, vel Cardinalem S.R.E. vel Metropolitanum huius prouinciæ aduentare, aut diuertere in aliquam prouinciæ diœceſim aut in ea diutius etiam commorari tūc epiſcopus diœceſanus, cui ei obuiam prodit,aut cōgreſſum, colloquiumuè cum eo habet, aut denique in eius conſpectu præſens, ſiuè publice ſiuè priuatim adeſt, ne rochetum detectum ferat, ſed ſuperiori veſte contegat, eundem honorem tribuat deferatue Apoſto-

lico suæ ecclesiæ visitatori, & illi item qui in ea regione internuncius Apostolicus est. Hactenus ibi. faciunt notata per synod. vgo. fol. 84. in quæst. qualiter debeat ornari locus concilij, & vide Abb. in cap. antiqua in fin. de priuileg. vbi habes de cauda quam faciunt sibi portare prelati.

DEcimum Metropoliticum ius est, qui Archiepiscopus potest iniungere episcopis suis, vt per suas diœceses seruetur quod seruatur per Metropolitanum ipsum in sua diœcesi c. dilectus el secondo de simo.

VNdecimum ius est. Nam absentia episcopi probanda est à Metropolitano à quo inscriptis approbanda est concil. Trid. sess. sexta de refor. 3. & sess. 21. c. primo. de refor.

DVodecimum ius est, quòd absque legitima causa eo non residente, Archiepiscopus potest applicare fructus fabrice ecclesiæ, aut pauperibus loci, & crescente contumacia denunciare Summo Romano Pontifici iuxta prædicta decreta concil. Trid. & constitutionem Pij IIII. de anno 1560. no. 76. incip. de salute gregis.

DEcima tertia auctoritas est, quia Archiepiscopus potest episcopum suspendere, interdicere, & excommunicare c. 1. §. fin. de off. ord. in sexto. c. venerabili vbi Abb. de sen. excom. glo. in c. fin. 12. distin. Hostien. in c. graue col. 3. de præb. & in c. primo de off. vica. in sexto.

ſexto. Abb. in c. non poteſt nu 8. de ſentē. & re iudi. & in c. poſtulatio nu. 11. de cleri. ex. miniſ. Gemi. in cap vt litigantes nu. 4. de off. ord. in ſexto. & in c. primo §. fin. de foro comp. in ſexto. Deci. in c. primo de iudi. nu. 29. in ſecunda lectura. Boct. de ſyno. par. prima num. 47. ſyno. Vgo. in præludijs c. 9. fol. 10. col. 2. Lancel. Corrad. in templo omni. iudi. lib. 2. cap. 4. ſub nu. 18. fol. 151. vnde epiſcopus omictens congregare & celebrare ſynodum eſt ſuſpendendus ab exequtione officij, & poterit ſuſpendi per Archiepiſcopum cui ſubeſt. Boct. de ſyno. par. prima numero 45. 46. & 47. & eo excommunicato iuriſdictio non deuoluitur ad Archiepiſcopum cap. primo de ſup. negli. prælat. in ſexto, & tunc ceſſat iuriſdictio Vicarij, & eius officialis, & ſi de facto audit cauſas poteſt eum ſuſpendere, & excommunicare Hoſtien. in cap. primo de offic. vica. in ſexto, & in procedendo contra epiſcopos ſeruanda eſt diſpoſitio cap. quia pontificiali de offic. delega. in ſexto, & quæ dicuntur in cap. primo. de ſup. negli. præla. in ſexto amplia, vt non poſſit Metropolitanus etiam dare coadiutorem epiſcopo morbo detempto cap. primo de clerico egro. in ſexto.

Decia quarta auctoritas eſt. Quòd ſi epiſcopus eſt negligens in eo quod facere debet Arciepiſcopus poteſt ipſum compellere Abb. in repetitione cap. ſi quis contra clericum numero 7. & numero 40. de foro competen. & in cap. paſtoralis in princ. de off.

off.ordi.in c.auaritiæ de præben. in cap. cum Bertodus de re iudi. nu. 10. & poteſt in eum exagerare pœnas Feli.in d. c. paſtoralis nu. 6. Si autem epiſcopus non vult facere an ſupplebit Archiepiſcopus dicam infra. Ideoque Archiepiſcopus cogere debet epiſcopum negligentem in erectione Seminarij eiuſque conſeruatione ſi ſuam portionem ſoluere detractauerit ex decreto Sacri Concil.Trid.ſeſſ.23 de refor.c. 18.

DEcima quinta auctoritas eſt,nam Archiepiſcopus vocans epiſcopos ad conciliũ prouinciale tenentur accedere, vt ſatis abundè fuit demonſtratum ſuperius.

DEcima ſexta auctoritas eſt,nam Archiepiſcopus eſt ordinarius iudex omnium epiſcoporum ſuæ prouinciæ c.quia cognouimus 10.q.3.c.paſtoralis in prin.vbi Abb.nu.2. de offi.ordi. c.ſollicitudinem de appella. glo. in c.Metropolitanum 2. q. 7. & in c ſicut vnire in verbo attentare de exceſ.prælat. & in authen.clericus in verbo epiſcopalis. C.de ſacro ſanc.eccleſ.Abb. in c. ab excommunicato ſub nu.13.de reſcrip. in c. ſuffraganeis num. 1. de elect.in c.non poteſt ſub nu.8. de re iudi. in c. nullus nu.2.de iurepatro.in c.dilectis nu.7.de appella.in c.poſtulatio nu.11.de cleri excom. miniſtran. & in c. antiqua de priuileg. Gemi. in c. venerabilibus in princ.nu.4. de ſent. excom.in 6.per illum tex.& in c. cleros 21. diſt. vbi etiam dicit, quòd epiſcopi immediatè sũt ſubiecti Metropolitano. Card.Zaba. in clem. abu-

abusionibus sub nu.8.de pœn.& remis. Gemi. & Franc.in c. vt litigantes de off.ord.in 6.Roma.consʃ.521. nu.3. Feli. in c. cum inferior de maio.& obedi.Boct.de syno.par.4.arti. 2. nu. 28.& 29.est enim episcopus suus & eidem Metropolitana lege subiectus d.cap.pastoralis in princ. fecit tex. in c. dilectus filius el secondo de simo.ibi episcopis tuis.& c.primo 34. dist. & est de clero Metropolitani c. miratus & ibi glo.93.distin.qui est eorum superior clem. prima & ibi glo. in verbo superiores de exces. prela.glo.in c.quia periculosum de sent. excõmu. in sexto & in c. cum Apostolus in verbo rationabilis de censi. & dicuntur suffraganei à suffragando, quia suffragãtur sibi in officio episcopali Abb.in d.c.suffraganeis & c. quod sedem de electio. ex quibus infertur quòd si episcopus manus iniecit in clericum & est senex vel debilis, vel impeditus poterit absolui per Metropolitanum qui est eius ordinarius, vel sede Metropolitana vacante per capitulũ ipsius Specul.in tit.de diuersis senten.for.ver. quid si ipse episcopus.Bertachi.in tract.de episcopo in præludiis nu. 13. & qualiter Archiepiscopus potest indifferenter cognoscere de causa ciuili & quid in criminibus vide Abb. in d. c. pastoralis in princ. & in c. secundo de appella. & quid si de crimine agatur ciuiliter Abb.in d.c. non potest nu. 8. & in causa ciuili non solum procedit si conueniretur actione personali,sed etiam si reali, vel ratione rei site in eius diœcesi vel prouincia Abb.in c.sanè nu.5.de for.comp. cuius dictis adde Gemi. & Franc.in d.c. vt litigantes & Lancel. Conrad.

in d.

in d.templo omni.iudi.lib.2.c.4.num.17. 18. & 19.in causis vero criminalibus vide decretum concil.Trid. sess. 24.de refor.generali.c. 5. Non desunt tamen aliqui Doc. dicentes q Archiepiscopus in ipsis suffraganeis nullam habet potestatem, nisi quatenus expressum in iure reperitur glo. in clemen. si vna in verbo mensę suę de reb.eccl.non alienan. Deci. in c. sollicitudinem nu. 11. de appella. post Hostié. & Ioan.And.in cap. magnæ deuoto, idem dicit Ioan. And.in c. nullus de iure patrô. refert Feli.in d. cap. pastoralis in princ.;& in c. cum ex officij nu. 7. de præscrip. qui dicit esse doctrinam solitariam, & quòd in hac materia episcoporum Metropolitanis est prohibitum quicquid expresse non reperitur concessum colligitur euidenter in eo quod legitur & notatur in c.inter corporalia. §. sed neque versi. & quod non est de transla. episcop. secundùm Hostien.in d.c. magnæ.facit etiam tex.in c. dilectus de temp.ordi.c. duo simul de off. ordi. & glo. fin.in cap. primo de sup. negli.prela.in sexto, vbi dicit Hostien. per d. cap. 2. de transl. epis. quod Archiepiscopo responderi potest, quia sufficit quòd casus iste non inueniatur expresse concessus. & faciunt verba in præallegata constitutione Pij II. fol. 74. in Bullario. ibi vt suffraganei Metropolitanis tenentur,& obligati iudicantur secundum canonicas sanctiones.

Decima septima auctoritas est, quod nedũ Archiepiscopus est iudex suffraganeorum d.c.pastoralis in princ.sed etiam vicariorum generalium ipsorum cap. primo de off.

vica.

vica. in sexto, & hoc in hijs in quibus vicarij delinquunt in officio d.c. primo, potest ergo Archiepiscopus eos punire Card. Zaba. in clem. abusionibus sub nu n. 8. de penit. & remiss. idem dicit in clem. Archiepiscopo vel s. simili nu.2. de priuileg. quòd Archiepiscopus habet iurisdictionem in episcopos suffraganeos, & eorum officiales principales per d. c. pastoralis in princ. & c. Romana de off. ordi. in sexto, & quòd qui habet quærelam contra episcopum, vel eius officialē potest adire Archiepiscopum per simplicem querelam c. venerabilibus. §. sed si excōicatus de sen. excom. in sexto secundum Card. in d. clem. Archiepiscopo, Gemi. in d. c. venerabilibus num. 4. vbi etiam dicit quod quilibet subditus suffraganeorum potest adire Archiepiscopum per viā quærelæ contra suffraganeum uel eius officialem, nec obstat tex. in c. primo. §. nec etiam & §. fin. de foro compe. in sexto, quia intelligitur quando extra offi. ut per Io. And. in d. §. fin. & ideo si in exercendo iurisdictionem episcopalem delinquant officiales in aliquo in talibus immediatè subsunt Archiepiscopis, unde à sententijs eorumdem ad Archiepiscopum appellatur c. Romana de appell. in sexto, & possunt Archiepiscopi animaduertere in eosdem uerbi gratia si non seruante priuilegia Sedis Apostolicæ, sententiam proferunt per gratiam, uel per sordes, contra c. primum de sen ten. & re iudica. in sexto excommunicant sine scriptis, cap. 1. de senten. excommu. in sexto, uel uniuersitatem, siue collegium, uel generaliter, sine causę rationabilis, &

veræ expressione c.Romana §.pen.& fin.eod. ti.|& multa alia exempla poteris colligere per te ipsum, in alijs autem, quę facit vel possidet officialis episcopi tamquam priuatus non habet se intromictere Archiepiscopus, plusquá de aliis subditis suffraganei sui d. c. Romana. §.nec etiam & §.fin.de fo.comp.in sexto, & Archiepiscopus potest contra eundem procedere, quando de facto & contra iura suum exercet officium ita dicit Hostien.in d.c. 1. de off. vica. in sexto in verbo officialem & in verbo non arctatur, idem etiam dicit in d. c. primo de fo. comp. in sexto in verbo officiales, inquiens quòd cum consistorium episcopi, & officialis vnum & idem sit d.c.Romana de app. in sexto. videbatur quòd vterque eadem persona censeretur, & ideo posset Archiepiscop' distringere officialem sicut & episcopum pro ut in d.c.pastoralis in princ. Sed non ita est nisi in ijs in quibus officialis delinqueret, circa dictum consistorium, siue officium dicti consistorij, vt patet in d.c.primo.§. fin. de fo. cóp. in sexto, vbi idem tenet Ioan. And. Gemi. & Franc.in ijs ergo quæ sunt extra officialatum non se intromictit Archiepiscopus plusquàm de alijs subditis suffraganeorum in quos regulariter nullam habet potestatem, nisi in casib' expressis in iure c. Romana, & c. venerabilibus de sent.excom.in sexto d.|c. pastoralis, vbi pręter alios Bellam.nu.1.& 10.& Feli.nu.5. & est tex.in d.c.primo de sup.negli.præla.in sexto.c.primo de foro comp. c. sicut vnire de excess.præla.Abb. in cap. si quis contra clericum sub nu.40.de foro comp.& in c.ex parte nu.5.

de

de concef.præben.Card.Zaba.in d. clem. Archiepifcopo & ibi etiam Imo.nu.12. Feli. in c. cum ex officij nu.7.de pręfcrip.Deci. in c. follicitudinem nu.10.de appell.in tantum quod Archiepifcopus excommunicans fubditũ epifcopi, vel abfoluens in cafu non fuo extra cafus exceptos non tenet excommunicatio vel abfolutio Innoc.in d.c.paftoralis de off. or. & ibidem Bellame.nu.12.& Abb.fub nu.10.qui dicit quòd communiter tenetur, & vide eundem in cap. quanto de off. ordin. poft glof. in cap. per fingulas, el fecondo. 9. quęft. 3. vnde Archiepifcopus fubditos fui fuffraganei non poteft compellere caufas delegatas ab eo fufcipere, fuas fententias exequi, vel teftimonium in caufis, ad eum deuolutis proferre nifi confuetudo aliud difponat. c. 1.§. neque de fo.comp. in fexto vbi Gemi.nu. 3.notat quod iudex non poteft compellere teftem ad teftificandum in caufa coram eo vertente nifi fit fuæ iurisdictioni fubiectus. Item Archiepifcopus nec contra officiales, vel prelatos fuffraganeorum confuetudine aliud nõ difponente, nec contra fubditos eorum fuper falarijs aduocatorum & procuratorum caufarum fori Archiepifcopi iudex competens eft d.c.1.§. nec etiam. Item Archiepifcopus non compellit inuitos contrahentes aliarum diocœfium in fua propria coram fe refpondere nifi ibi inueniantur, fed fi citati nolunt comparere, vel malitiosè fe occultant ne citentur in bonis ipforum in fua diocœfi poteft miffionẽ facere vel in alia decernere per ordinario faciendam d.c. 1.§.contrahentes vbi no. doc^s

&

& Gemi. quod ratione contractus non potest quis conueniri in loco contractus nisi reperiatur ibi, & sic patet quod in contractibus non fit remissio ad locum contractus sicut fit in delictis, quid si diocœsanus non vult illam facere, non potest compelli à iudice cōtractus nisi aliàs sit suus secundum Io. Mona. Archi. & Gemi. in d. §. contrahentes, & nota quod iudex non poterit excommunicare existētem extra territorium ratione contractus inhiti in territorio si ibi nō inueniatur, quòd limita nisi iudex prius præuenisset illum per citationē antequam exiret eius territorium quia tunc teneret excommunicatio contra existentem extra territorium ratione contumacie commisse in territorio tenet Inno. & Io. And. in c. preterea de dilatio. & Franc. in d. §. contrahentes & nota quod disposita in d. §. contrahentes habent locum in quolibet alio iudice cōtractus licèt non sit Archiepiscopus Io. And. & Gemi. ibi sub nu. 15. & probantur omnia ibi disposita in l. heres absens, & l. omnem, & l. interdū. § fin. de iudi. cum similibus allegatis per hostien. ibidem in verbo super contractibus.

Item non potest Archiepiscopus suos clericos mictere in Diocœsim suffragraneorum vt coram ipsis fiant contractus, vel iam facti approbentur, nec si facti, vel approbati sunt coram illis possunt suffraganeorum subditos coram se litigare super illis, nec excommunicare suffraganeorum officiales vel subditos si nolunt litigare coram ipso d. c. 1. §. fin. de fo. comp. in sexto vbi Io. And. ampliat etiam si contractus fierent coram ipso Archiepiscopo extra suam dio-

diocœſim nõ ſortirentur contrahentes ipſius forum infertur etiã ex regula prædicta quòd ſi Archiepiſcopus citat ſubditum ſuffraganei, & in citatione exprimit caſum per quem concludat ſua iuriſdictio tenetur citatus comparere, aut non exprimit talem caſum, & non tenetur comparere ſecundùm hoſtien. Io. Mon. Io. And. & Gemi. in d. §. fin. nu. 3. etiam notat quod citatus à non ſuo iudice, licèt non cõpareat tamen excommunicari non poteſt, & ratio eſt quia iſte non poteſt dici contumax, & Franc. in d. §. fin. vnum caſum colligit in quo excommonicatio eſt ipſo iure nulla, quando ſcilicet quis citatuř à non ſuo iudice, quia tũc non tenetur comparere, nec poteſt excommunicari ſi non comparet eſto quod aliquo caſu poſſet eſſe ſuus iudex, alios caſus in quibus excommunicatio eſt nulla ponit glo. in c. pręſenti de ſentent. excommun. Item Archiepiſcopus non poteſt conſentire vnioni Eccleſiarum quæ ſunt in diocœſi ſui ſuffraganei. cap. ſicut vnire de exceſſ. prelato. alios caſus negatiuos poterit quis colligere per ſe ipſum inter principales ergo caſus exceptos in quibus Archiepiſcopus habet iuriſdictionem eſt qui ſequiť.

DEcima octaua auctoritas eſt, nam Archiepiſcopus habet iuriſdictionem in ſubditos ſuffraganei per appellationem in appellantem, & appellatum illoſque qui ſe ſpontè offerunt liti ſuper illa re de quã eſt quęſtio c. romana. §. in alium, & ibi glo. Gemi. & Franc. de appellat. in ſexto, & appellatio principaliter operatur duos effectus vnum ſententiæ ſu-

ſpenſiuum, alium vero iuriſdictionis deuolutiuum Abb. in c. per tuas num. 2. de ſent. excom. Franc. in c. ex parte de appella. á ſubditis enim epiſcopi ſuffraganei ad Archiepiſcopũ appellatur c. per ſingulas el ſecondo. c. conqueſtus 9. q. 3. c. primo de off. lega. c. duo & c. paſtoralis de off. ordi. c. dilectis c. cum cauſam c. ſollicitudinem de appella. c. per tuas de ſent. excom. c. primo de foro comp. in ſexto d. c. Romana de appella. in ſexto, c. primo, & c. vt litigantes de off. ordi. in ſexto. c. venerabilibus de ſenten. excom. in ſexto cum ſimilibus, & non ad Patriarcham ſi Archiepiſcopus illum habet in ſuperiorem quia omictitur medium, ſcilicet Archiepiſcopus Feli. in c. cum te conſulente de off. deleg. ad Papam autem appellatur ommiſſo medio c. ad Romanam 2. q. 6. c. antiqua de priuileg. glo. in d. c. Romana in princ. Feli. in d. c. cum te, quia ipſe eſt omnium iudex ordinarius glo. in d. c. ſi duobus de appella. de qua appellatione debet Archiepiſcopus certificari vt non poſſit ſe intromictere hoſtien. in c. primo de ſup. negli. præla. in ſexto de qua ſcientia vide glo. in reg. eum qui ſcit de reg. iur. in ſexto. nam ſi appellatum ſit ad Papam ab vno, & ab alio ad Archiepiſcopum qui ignorans appellatum fuiſſe ad Papam, ratione contumaciæ excommunicauit tenet excõmunicatio c. ſi duobus de appella. & ſic nota Archiepiſcopum eſſe legitimum iudicem ſubditorum ſuffraganeorum in cauſa appellationis, & appellatio interiecta ad Papam, quam ignorabat Archiepiſcopus nõ habet impedire iuriſdictionem ipſius, cui renun-

renunciare poterat appellans Gemin. in d.c. Romana. §. cum autem de appella. in ſexto, & ſciens de appellatione ad Papam, nõ poteſt Archiepiſcopus tunc ſe intromictere etiam in concernentibus appellationem niſi appellans appellationi renunciauerit verbo vel facto, vel niſi notorium ſit actum illum eſſe iniuſtũ. d.c. ſollicitudinem de appella. & vide glo. in c. per tuas in verbo remicti de ſent. excom. & per d.c. ſollicitudinem dicit ibi Card. Alexa. nu. 4. quod licet regulare ſit Archiepiſcopum in criminibus notorijs habere poteſtatem ſupra ſubditos ſuffraganeorum c. Romana. §. notoria de cenſi. in ſexto tamen ampliat etiã poſt interpoſitam appellationem ad Papam, & hoc per elegãtem deciſionem prędictæ decretalis.

Ampliat tamen præcedens concluſio quod nedum in ſpiritualibus, ſed etiam in temporalibus ab epiſcopo ad Archiepiſcopum appellari poſſit hoſtien. in d.c. Romana in prin. & in §. debet, & ne dum in ciuilibus, ſed etiã in criminalibus, & non ſolum cum proceditur per viam accuſationis, ſed etiam per viam inquiſitionis Abb. in c. licet nu. 3. de off. ordi. an autem in cauſis fidei ab ordinario ad Metropolitanum appellari poſſit vide Franc. pegna in 3. par. direc. inquiſi. in ſcholia ſeu adnotatione 42. fol. 153.

Declaratur prędicta concluſio vt per appellationem ſolum deuoluatur iuriſdictio ad Archiepiſcopum quoad partes non quoad alios ſubditos, & ideo in compulſione aliorum ſubditorum recurrendum eſt ad epiſcopum Glo. & Abb. in c. paſtoralis in princ. nu. 12. de off.

ordi. vnde non poteſt Archiepiſcopus compellere ſubditos epiſcopi ad perhibendũ teſtimonium niſi aliud de conſuetudine obtineat c.1. §.neq; vbi glo. in verbo ſuſcipere de foro cõp. in ſexto & hoſtiẽ. in verbo teſtimonium dicit neceſſe eſt quòd ordo ſeruetˀ, vt ſcilicet is qui ordinarius eſt perſonarum primitus requiratur, qui ſi non obedierit puniri poterit,& ſi infra tempus per Metropolitanum cõgruum aſſignatũ hoc non fecerit eo elapſo ipſe Archiepiſcopus faciet per no. in c. Romana. de ſup. neg. prel. in ſexto, ſed iſtud non placet Archidia. qui dicit quod licèt tunc poſſit compellere ſuffraganeum non tamen ſubditum ipſius, & ita Io. And. reſidet. Imo. tamen in d. §. neque dicit quod fortè poſſet dici illud procedere quando eſt negligens in termino à iure ſtatuto, ſecus in termino per Archiepiſcopũ ſtatuto ne alias aperiatur via malitijs. c. quãto in fi. de diuor. ſecundùm eum. deciſio autem huius articuli depẽdet à notatis in d.c. Romana, quia ſi teneatur opinio quod negligentia epiſcopi deuoluat iuriſdictionem ad Archiepiſcopũ procedit opinio hoſtien. Si vero teneatˀ opinio contraria procedit opinio Archi.& ita nihil ad firmando tranſeunt Gemi. & Franc. in d. §. neque de qua quæſtione dicam infra.

Id autẽ quod diximus de effectu appellationis limita vt per appellationem non ſuſpendatur exequtio, ſi appelletur ab excõmunicatione vel ab alia ſententia cenſuræ eccleſiaſticæ, nam tunc cauſa tantum trãsfertur ad ſuperiorem c. paſtoralis. §. verum vbi Abb. aſſignat duodecim rões de appel. c. ad reprimendam

& ibi glo.in verbo conqueſtus de off.ordi.c.is
cui de ſent.exc. in ſexto & poteſt Archiepiſco-
pus aliqñ abſoluere ad cautelam c.per tuas de
ſent.exc. c.ſolet & c.venerabilibus eo.ti. in ſe-
xto,& de abſolutione ad cautelam etiam habe
tur in c.ad preſentiam de appel.in c. veniens,
el 2.in fi.de teſti. in c.Apoſtolicę de excep.c.cũ
deſideres. §. 1.& c. venerabilibus de ſent. exc.
& in c.preſenti.eo.ti. in ſexto, eſt autẽ abſolu-
tio ad cautelã vera ſeu putatiua ab eccleſiaſti-
ca cẽſura liberatio Io.And.in d.c. ſolet nu.12.
qui poſt Inno.hoſti.& Io.Mon.ibi longe diffu-
ſius tractat hanc materiã abſolutionis ad cau-
telam per modum ſummæ, ex cuius,& aliorũ
dictis ad intelligẽtiam terminorũ has breues
concluſiones delegimus. Abſolutionem.ſ. ad
cautelam non habere locũ niſi in ſent.excom.
lata ab homine, & à cenſuris latis in homines
quia illę poſſunt eſſe nulle,& iniuſte,in ſenten
tijs vero latis à canone, & à iure de quibus nõ
dubitat quòd ſint iuſte iſta abſolutio locũ non
habet,& hoc niſi occurrat dubiũ facti,vel pro
babile dubiũ iuris, ſecundum Io.And. quẽ ſe-
qunt cęterei doc.quorũ dicta reaſſumit Franc.
in d.c.ſolet in 1.nota. & col.3.& ſequitur Feli.
in d.c.Apoſtolicę nu. 20. de excep. Boct.de ſy-
no.par.3.cõcl.13 nu.112.vbi etiam tenet quòd
ſicut abſolutio ad cautelam non habet locum
in cenſuris latis per canones,ita nec in cẽſuris
ſtatutorum ſynodaliũ, idque colligitur etiam
ex pręallegatis iuribus loquentibus de abſolu
tione ad cautelam, quæ loquntur in cenſuris
latis ab homine, & excommunicatio numquã
fertur ab homine niſi propter contumaciam

Abb. in c. qua fronte nu. 11. de appellatio.

Secunda conclusio est quòd quando ex quacumque causa allegatur nullitas sententiæ habet locum ista absolutio ad cautelam, & hæc opinio est communior, & verior, & communiter tenetur dicit Abb. in d. c. Apostolicæ sub nu. 10. de exceptio. & ideo si sententia censure dicatur iniusta tunc non debet peti absolutio ad cautelam, sed simpliciter ex quo est ligatus, eum siue iusta vel iniusta ligat, idem quando sententia esset æqua & iusta ita ex dictis doctorum conrludit Frãc. in d. c. solet col. 4. versic. quinto quærit; habet ergo locum in omni casu quo dubitatur de nullitate Franc. in d. c. solet in 3. no. Sed si constat eã esse nullam tunc debet statim pronunciari nulla, nec fiet ista absolutio ad cautelam Card. Alex. in c. quoties. 2. q. 6. à sententia itaque iniusta nõ datur absolutio ad cautelam, quia fatetur se ligatum, ideo habet necesse petere directe absolutionem, & non ad cautelam Gemi. in d. c. solet. nu. 7. casus in quibus excommunicatio est nulla enumerat glo. in c. præsenti de sent. excom. in sexto, & quæ dicatur iniusta, & nulla vide glo. in c. sacro eo. tit. in antiquis.

Tertia conclusio est quod qui non potest directam absolutionem impendere non potest nec illam quæ fit ad cautelam Franc. in d. c. solet. col. 1.

Quarta conclusio est quod absolutio ad cautelam est ex gratia nam de iure esset vt primo constaret de veritate causæ quàm fieret absolutio, ideo est in arbitrio superioris, qui poterit eam concedere, & denegare secundùm

con-

coniecturas occurrentes vt concludunt Inno. hostien. & Io. Andr. in d.c. solet vbi Franc.in secundo nota.

Quinta conclusio est quod qñ fit hæc absolutio ad cautelã requiritur citatio illius cuius interest nisi periculũ esset in mora, & debet fieri absolutio cum cautione de parendo mãdatis si apparebit eum iuste excõmunicatum, cum .n.hæc absolutio fiat solũ in dubio, tale dubiũ postea per probationes certificabitur per quas patebit an absolutio habeatur pro putatiua, & imaginaria quòd erit cum patebit eum non fuisse ligatum, an vera si cum apparebit illum iuste ligatum, vnde non bene esset in hunc casum prouisum aduersario, si non cauisset, debet etiam prętari iuramentum secundùm Io. And, cuius dicta reassumit Franc.in d.c. solet. col.4. vers. 6. quærit, & notat vnam regulam quod vbicumq; pars potest impedire ne actus fiat semper requiritur citatio facit quod notatur. 3. q. 9. c. omnia. quare autem ista absolutio dicatur, & fiat ad cautelam vide Abb.in d. c. Apostolicæ nu.x.de except. referentem hostien.& Io.And. in d. c. solet vbi glo. in verbo opponat dicit quod propter peccatum, & propter excommunicationem facilius quis moritur vide Siluam nup.lib.6. sub nu. 58.fol.683. & proprie dicitur absolutio quando fit à censura iuxta, vel ad cautelam, sed vbi est censura iniusta vocatur proprie relaxio, licet respectu suspensionis iura vtantur verbo relaxationis Felin. in d. c. Apostolicę in princ. qui à nu 17. vsque ad finem dictis per Io. And.in d. c. solet, circa absolutionem ad cautelam mul-

ta satis notabilia addidit.

Sexta conclusio est quòd absolutio ad cautelam potest fieri etiam antequam iudex de veritate causæ cognoscere incipiat c. venerabilibus §. sed si ex causa & ibi Franc. de sent. exc. in sexto. plus ergo potestatis habent Archiepiscopi in hac absolutione ad cautelã quàm in inhibitione quam facere nõ possunt nisi prius incipiãt cognoscere de veritate causæ appellationis ante diffinitiuã gl. fi. in d. c. venerabilib.

Septima conclusio est, secundùm Cardin. Alexan. in c. solicitudinem nu. 4. de appella. qui ex eo tex. notat quod in omni casu in quo nulla causæ cognitio requireretur, tunc inferior pendente appellatione coram superiore potest adiri, & infert satis notabiliter quòd cum absolutio ad cautelam possit impendi præstita cautione absq; causæ cognitione pendente appellatione coram Papa à facto episcopi poterit excommunicatus ab episcopo petere ab Archiepiscopo ad cautelam absolui ab excommunicatione non obstante quod interposuerit appellationem ad Papam.

Octaua conclusio est quod non solum fit absolutio ad cautelam quando quis principaliter appellat vt supra dixi, sed etiam quando contra aliquem testem posset opponi exceptio excommunicationis vt repellatur à testimonio tunc iudex potest absoluere ad cautelam testes, quando tamen aliter veritas haberi non potest, & nisi sit tale genus excommunicationis cuius absolutio reseruaretur Papæ, & durabit durante eius depositione c. veniens el 2. in fi. & ibi glo. Io. And. & doc. de testi. sicut

cut & abſolutio eligere debentis d.c.Apoſtoli-
cæ de excep.& poteſt fieri tunc à quocumq; iu
dice cauſę Feli. in c.paſtoralis nu.13.de off. or-
di.tales enim abſolutiones prouidēt negotijs
quibus functis reuiuiſcit ſentētia, & procedit
quando excipitur de excõmunicatione in vim
dilatorię ſecus ſi in vim peremptorię, nā tunc
non fieret abſolutio ad cautelam Franc. in d.
c. ſolet col.2. & 5. verſ. octauo quærit, qui ita
dicit poſt Archi. & Io. And. in c. 1. nu. 2. &
Gemi. nu.x. de excep. in ſexto, quæ omnia no
tabilia ſunt quia multi errant in iſta abſolutio
ne ad cautelam dicit Card. Alex. in c. quoties
2.q.6.fit etiam abſolutio ad cautelam extra ca
ſum excõicationis propter ambiguum dupli-
citatis glo.in c.fi. de his qui fi. occid. & in c.2.
in verbo bonū, & in c. ſignificaſti in verbo ad
cautelam de homi. de pænitentia ad cautelam
legitur in c. ſignificaſti. el 2. de homi. de ve-
nia ad cautelam in c. exibita eo.ti.c.2. & 3. &
ibi glo.fi.de cleri. percuſ. & quicunq; abſolui-
tur ſaltim ad cautelā ſemper obtineat literas
abſolutionis glo.in c. ꝓpoſuit in verbo de ab-
ſolutione de cleri.exc.miniſ. & de iuramento
ad cautelam glo. in c. ſuper eo de ſent.excom.
Sed redeūdo ad appellationis materiam qua-
tenus ad tribunal Metropolitani attinet quæ-
ro de loco iudicij in cauſis appellationum tra-
ctandis. Reſp. conſtitutione Bonifacij octaui
eſſe cautum vt ne Archiepiſcopus cauſas quæ
per appellationem, vel alias iure Metropoli-
co deferuntur ad ipſum alibi quam in ſua pro
pria ciuitate, vel diocœſi, aut in eis in quibus
appellatum extitit, vel cauſæ ipſe conſiſtere
digno-

dignoſcuntur audiat, vel etiam audiendas cõmictat niſi ſibi aliud de conſuetudine competat in hac parte c. vt litigantes de off. ordi. in ſexto, ex quo tex. notat ibi Gemin. caſum in quo Archiepiſcopus poteſt locare ſedem, & de cauſa cognoſcere in diœceſibus ſuffraganeorum ſuorum, nam Metropolitanis ne ſuorum ſuffraganeorum ingrediantur diœceſes, vt in eis auctoritate propria iudicent, diſponant aliquidue aliud agant canonica prohibent inſtituta: dicitur in c. primo de off. ordi. in ſexto. Super quo text. exorditur Hoſtien. quod Archiepiſcopus in diœceſibus ſuffraganeorum ſuorum nihil poteſt inuitis ſuffraganeis regulariter agere, & eſt tex. in c. ſicut vnire de exceſ. præla. facit etiam tex. in c. paſtoralis in princ. de off. ordi. & c. duo eod. tit. & c. 1. de ſup. neg. præla. in ſexto vbi etiam Hoſtien. dicit quod prohibitum eſt Archiepiſcopis, vt in diocœſibus ſuorum ſuffraganeorum aliquid exerceant, ſed ſuis terminis ſint contenti c. nullus primas. 9. q. 2. & ideo in nullo debent ſe intromictere, niſi in caſibus à iure conceſſis & Hoſtien. in d. c. 1. de ſup. negl. præla. in ſexto, refert decem & octo caſus, aliàs debet regulariter Metropolitanus abſtinere per d. c. paſtoralis & c. ſicut, & eoſdem met etiam caſus refert in ſumma de off. ordi. ſub nu. 7. Archiepiſcopus inſuper non poteſt in diœceſi ſuffraganei conſtituere officiales, qui de cauſis ad eum per appellationem deuoluendis cognoſcant, niſi de conſuetudine habeat, licèt poſſit delegare cauſas in diœceſi epiſcopi ſibi per appellationem deuolutas d. c. 1. de off. ordin. in

ſexto,

sexto, & Metropolitani gesta in diœcesi suffraganei in casibus qui non sunt in iure expressi sunt nulla glo. in c. per singulas el 2. 9. q. 3. Cardi. Alex. in d. c. nullus primas. & facit regula ea, que de reg. iur. in sexto, & ibi glo. Item, quæro pro declaratione proximè dicti quid si ad esset consensus partium. Resp. quod Archiepiscopus vel eius officialis de causis clericorum, tamquam iudices, absque diœcesanorũ suorum voluntate non cognoscunt, quando tamen non fuit appellatum, & si in ipsos ijdẽ clerici de facto consentiant d. c. 1. in princ. de fo. comp. in sexto vbi Gemi. notat quod Archiepiscopus non potest adiri per viam quærelæ per subditos suffraganei sui nisi ipse consentiat, & sic patet quod de iure canonico clerici non possunt prorogare iurisdictionem non sui iudicis etiam ecclesiastici suo iudice non consentiente c. significasti de foro comp. & consensus debet esse episcopi, & non eius officialis generalis Gemi. in d. c. primo nu. 2. & nouem concurrere debent, vt consensus clerici teneat Hostien. in d. c. 1. in verbo de facto de for. comp. in sexto. Inter subditos ergo episcopi citra remedium appellationis non potest Archiepiscopus regulariter aliquid diffinire Abb. in c. sollicitudinem nu. 5. de appell. Vlterius quero, quę nam causæ cognitio requiratur antequam inhibeatur Resp. quod Archiepiscopus antequam suffraganeo inhibeat plura considerare debet, & primo an cognitio causæ appellationis ad ipsum pertineat nam ab inferioribus prælatis episcopo subiectis non facientibus idem consistorium cum

eo

eo non appellabitur ad Archiepiſcopum, ſed ad epiſcopum niſi aliud de conſuetudine eſſet c. Romana §. ab Archidiaconis de appel. in ſexto, vbi Franc. poſt Ioan. And. & Gemi. limitat duodecim modis inter quos ſi non opponeretur exceptio, quia tunc valet appellatio ommiſſo medio Rebuf. in tract. concordatorum in rub. de friuolis appella. vbi de prędictis limitationibus. Item in cauſis in quibus epiſcopus iuriſdictionem temporalem habet appellatur ad Archiepiſcopum niſi ex conſuetudine, aut priuilegio aut alio iure ſpeciali ſit appellandum ad alium d. cap. Romana §. debet de appel. in ſexto capi. deciſ. 137. numero 12. & dictis ibi per Gemin. & Franc. adde Mari. Frec. in tract. de ſub feud. libro primo ſub titu. de origine Baro. quæſt. 11. & lib. 2. titu. de differen. feud. quater. ſub numero 34. fol. 142.

Similiter reſpectu appellationis interponendæ eſt differentia an epiſcopus habeat delegatam vel ordinariam iuriſdictionem, nam ſi habet ordinariam appellabitur ad Archiepiſcopum d. cap. Romana. ſed ſi delegatam ad delegantem, & epiſcopus tamquam delegatus Papæ maior eſt Archiepiſcopo quo ad illum articulum, vt in cap. ſane de offic. deleg. c. paſtoralis. §. præterea de offic. ord. ergo non debet appellari ad minorem Abb. in c. ad abolendam ſub nu. 15. de hæreti.

Item ſi Papa mandat epiſcopo, id quod poteſtate ordinaria poteſt facere non derogatur quin ab epiſcopo ad ſedem Metropolitanam appellari poſſit cap. licet de offic. ordi. quia

tunc

tunc dicitur potius excitata iuriſdictio ordinaria ſecundùm Doct. ibi & præcipuè Feli. qui declarant & ponunt caſus, quomodo poſſit cognoſci, quando videatur dari delegata iuriſdictio, vel excitati, & vide eundem Feli. in rubr. de offic. delega. Iaſ. & Dec. in l. & ſi prætor. ff. de offic. eius, & ab habente vtramque poteſtatem ordinariam, & delegatam ad quem appellabitur vide Felin. poſt Abb. & alios in cap. cum ex officij de præſcript. Item appellari poteſt à iudice in commiſſis arbitrio ſuo ſi partem ledit aut grauat glo. in cap. ſuper his de accuſa. & in cap. Romana. §. quod ſi obiiciatur in verbo minus legitima de appella. in ſexto. glo. & Bart. in l. ſi qua pœna. ff. de verborum ſignif. & vide Card. Alex. qui refert opiniones contrarias & concordiam in rubric. de appel. & Felin. in cap. cum ſpeciali & in cap. ex ratione eod. tit. amplia iſtam concluſionem & limita vt per Feli. notabiliter in d. c. ſuper his à nu. 7. vſq 14. de acc.

Secundo principaliter Archiepiſcopus antequam ſuffraganeo inhibeat conſiderare debet an per appellationem ſit deuolutum negotium & cauſa, & an appellatio ſit legitime interpoſita, nam aut appellatur ante ſententiam diffinitiuam, & tunc vt poſſit inhiberi debet, appellans exprimere probabilem, ſeu legitimam cauſam grauaminis, & quod fuerit appellatum infra decem dies, & antequam fieret fides, iudex ad quem non poteſt procedere, nec inhibere vnde cauti appellantes portant ſententiam diffinitiuá, vel interloqutoriã, & ipſam appellationẽ

vt per ista simul appareat esse appellatum infra decem dies infra quem terminum in dubio nō pręsumitur appellatum nisi probetur, & sic ante non est fundata iurisdictio iudicis ad quem, Item debet citari appellatus cum termino ad opponendum contra appellationem & si opponitur, quod causa in eo expressa non sit legitima vel vera, tunc si constat iudici ad quem quod per appellationem sit ad eum deuoluta causa, vt quia constat esse appellatum infra legitima tempora, & quod causa sit legitima debet tunc admictére appellationem ex causa legitima interpositam, & deinde debet incipere cognoscere de veritate causæ, & his præcedentibus statim potest inhibere, & non antea, vt hæc omnia colliguntur ex tex. in d. c. Romana §. cum autem §. si verò & §. quod si obijciatur & ibi Ioan. And. Gemi. & Franc. ex quibus iuribus dicit Franc. in d. §. quod si obijciatur. quòd habetur practica, quæ debet seruari in appellatione ab interlocutoria per ipsum iudicem antequàm inhibeat. Card. Alex. seu prępo. in c. vt debitus honor de appel. dicit decem necessaria in appellatione ab interloqutoria, quę etiam refert Rebuf. in trac. concordatorum in rub. de friuolis appel. Si verò appellatur à diffinitiua tunc debet primo constare esse appellatum infra decem dies, & statim poterit inhibere etiam si causa non sit expressa, vt not. Franc. post Gemi. & cęteros doc. in d. §. quod si obijciatur, tamen hoc fallit, si dicatur esse appellatum in casu à iure prohibito, quia tunc debet cognosci de legitimitate ipsius appellationis separatim ab articulo

cau-

cauſę principalis d.c. Romana §. ſi autem vbi Franc. etiam notat quòd licet in appellatione ab interloqutoria iudex ad quem non poſſit inhibere antequam appellationem, vt legitimam admiſerit,& inceperit cognoſcere de veritate cauſæ in appellatione expreſſæ, vt in d. §. quod ſi. tamen ſi appellatur in caſibus in quibus allegatur appellari non poſſe, poterit inhibere ſtatim ad cognoſcendum, an appellatio ſit recipienda vel non, & ſic antequam appellatio ſit admiſſa per d. §. ſi autem & hęc quando allegatur quod appellatio ſit interpoſita in caſu à iure prohibito, & tamen de hoc non conſtat, quia ſi de hoc conſtaret tunc iudex à quo & ad quem ipſam recipere non debet. Sed illud nota quòd antequam procedatur in iudicio ſuper appellatione ſemper ſunt citandæ partes etiam ſi agatur de appellatione à diffinitiua, vnde ſequitur quòd per iudicem ad quem debet aſsignari terminus ad opponendum contra appellationem antequam procedatur vlterius etiam ſi ſit appellatum à diffinitiua notat Franc. ex d. c. Romana §. ſi vero, & ex dictis iuribus etiam colligitur, atque notatur quod ipſe iudex ad quem cognoſcit an ſua ſit iuriſdictio, & an appellatio ſit admictenda vel non, & ideo quantumcumq; iudex à quo non admiſerit appellationem, tamen vtrum appellatio ſit admictenda, vel nõ ſpectat ad iudicem ad quem Franc. in d. §. ſi autem, quis vero exequatur ſententiam à qua eſt appellatum latiſſime proſequitur, idem Franc. in d. §. cum autem appellans ergo ante diffinitiuam debet exprimere cauſas grauaminis

minis nominatim, & illas, & non alias prosequi, & iustificari ex eisdem actis c. vt debitus & ibi Abb. nu. 2. de appella. clem. appellanti de appella. & non exprimens causam reputabitur non appellans Hostien. in d. c. Romana §. cum autem per tex. in c. cordi nobis de appel. in sexto. ita etiam appellans ab excommunicatione tenetur exprimere causam Abb. in c. sacro nu. 5. de sen. excom. & ex quo Archiepiscopus pronunciauerit & legitimè cognouerit statim debet causam ad suffraganeum remictere d. c. Romana. §. fin. & ibi Franc. non tamen debet Archiepiscopus causam ad suffraganeum remictere appellatione ad huc non iustificata, nisi de consensu partium c. accepta de appel. & si per iudicem à quo grauaretur in alio, potest iterum pars adire ad Archiepiscopum, & appellare c. dilectæ nobis de appel. Si tamen iudex à quo appellationem friuolam admisit appellationi deferens tunc totius causę decisio deuoluta est ad superioré c. cum appellationibus eo. tit. in sexto, & per appellationem ante diffinitiuam ante inhibitionem non sunt ligatæ manus iudicis, secus per appellationem à diffinitiua c. non solum de appell. in sexto.

Archiepiscopus etiam non prius ante diffinitiuam appellationem admictere debet quá ei constiterit eam interpositam fuisse vel à grauamine, vel iniusta condemnatione c. cum in ecclesia de appel. ideoque si appellatur propter suspitionem episcopi suffraganei, non debet appellans audiri, nisi prius Archiepiscopo constet coram suffraganeo fuisse propositá

recu-

recusationem c. cum speciali.c.secundo.requiris.§.fin.eo.ti.eaq; est ratio quare suspectio nó sufficit, quia suspectio habet à iure suum remedium recusationis vt in dictis iuribus, nã licet causa suspectionis sit contra eum non tamen sequitur quod grauet, iudex enim suspectus bene posset procedere in causa, ita quod nullam partẽ grauaret, & appellatio nõ habet locũ nisi à grauamine d. c.vt debitus, ac stulte faceret recusans prosequendo appellationẽ quando post recusationem non processit, volens ergo recedere à iudice ordinario vel delegato suspecto oportet quod proponat recusationem nam quantumcũq; suspectus nisi recusetur est iudex, & potest procedere Cardin. Alex. in c.postremo nu. 5. de app.& tunc si iudex recusatus causas recusationis non admiserit patens est quod in hoc grauat, & ab hoc grauamine potest appellari cap.super quibusdam. §.fi. de off. deleg. & hoc verum nisi causa recusationis esset euidenter frustatoria, vel notorie falsa ita concludunt in d. c. cum speciali in princ. Inno.sub n.1.& 6.Io.And.col.1. Ant.de but.nu.8. Ancha.nu.1. Bellame. nu.3. Abb.nu.6. Franc.& Card. Alex. nu. 11. Idem Card. melius quam alij in c.quoties episcopi. 2.q. 6. & quod recusatione proposita non possit à iudice recedi donec admiserit vel nõ causam recusationis nisi per viam appellationis Bellam. in d. c. cum speciali nu.16. vera ratio prædictorum ea est quia per suspectionem ordinarius iurisdictionem nõ amictit, & remanet iudex etiam post pronũciationem factam super suspectione Franc.in c.iudex in 3. nota.

de off.deleg.in sexto.recusatio enim ob suspitionem personam concernit non iurisdictionem recusati idem Franc. post Pet. de Ancha. in c.si contra vnum eo. tit. in sexto. suspitio namque personam sigillat iurisdictionem autem non tollit Mari.Frec.in tract.de sub feud. lib.2.in titu.de differen.feu.quater.nu.37.fol. 143. ratio rationis est, quia ordinarius habet iurisdictionem generalem,& licèt propter suspitionem non habeat exercitium illius causæ tamen iurisdictionem habet, & poterit delegare respectu ordinariæ, & generalis potestatis quam habet in commictendo neutri parti suspecto maximè de partium consensu nulla contra eum poterit oriri suspitio, secus autem est in delegato qui nihil habet iure proprio, sed iure delegantis,& iurisdictionem non efficaciter, sed eligibilem cui Papa non intendebat causam commictere si sciuisset suspitionem, & hæc est ratio quare postquam est pronunciatum super recusatione desinit esse iudex, vt nec etiam de consensu partium possit exercere d.c.iudex de off.deleg.in sexto.vnde in articulo in quo cessat suspitio ordinarius vtitur iurisdictione delegando non suspecto, & exequendo sententiam delegati ab eo, cum tantum sit exclusus respectu cognoscēdi Abb. in c.si quis contra clericum nu. 1. 6. 7. 11. 16. 18.26.vsque 28.de foro comp.capi.decis.137. nu. 10. Quæro an possit recedi à iudice per appellationem sine suspitionis propositione coram eo. Resp. quod non. etiam si suspitio esset notoria, quia licet notorium excuset à probatione non tamen excusat à propositione

ne

ne ſuſpitionis coram eo, niſi ſuſpitio non concerneret perſonam iudicis,ſed locum, vt quia citatur ad locum notoriè non tutum, & tunc poteſt recedi à iudice appellando etiam ſine grauaminis propoſitione Card. Alex. in d. c. quoties epiſcopi 2.q.6.vbi Gemi.& vide Fran. in c. ex parte de appel.nam & ſi notorietas alicuius iuris mihi competentis reuelet me ab onere probandi, non tamen reuelat ab onere allegandi,& non allegando nihil prodeſt notorietas glo.in clem. appellanti in verbo alias de appella. Item quæro ſi recuſatus ſuſpectus ex cauſa rationabili, procedat poſt recuſationem adulteriora in cauſa non obſeruata forma d.c.cum ſpeciali,&appellatur an recuſans teneatur probare cauſas ſuſpitionis. Reſpondet Inno.in d.c.cum ſpeciali nu.6.quod ab ordinario legitimè appellatur ſi arbitros non elegerit etiam ſi cauſę ſuſpitionis non probarẽtur, finita autem cauſa appellationis, quæ eſt vt caſſetur quicquid factum eſt contra eam non oportet proſequi cauſam recuſationis, quæ ſola appellatio ad hoc ſufficit c.interpoſita de appel. Io. And. ibidem ſequendo Innoc. dicit quod aut recuſans vult proſequi cauſas recuſationis,& tunc oportet eas probare, ſi vero cauſam appellationis, & tunc nihil habet neceſſe probare de veritate cauſarum recuſationis Ant. de But. ſimiliter dicit ſub nu. 5. & Imo. eo enim ipſo quod iudex procedit poſt appellationem, & recuſationem grauat partem ; ita quod ſatis ex hoc dicatur iuſtificata, & probata veritas cauſarum grauaminis, & appellationis licet recuſans non obtulerit co-

ram eo incontinenti ſe probare cum coram iudice recuſato non debeat fieri probatio,ſed coram arbitris d. c. cum ſpeciali in princ. vbi per Franc. contra Butr. Præterea quæro quid ſi reprobaretur appellatio an poſſit proſequi cauſas recuſationis. Reſp. quòd ſic, vt dicunt Inno.& Ioan.And.in d.c cum ſpeciali. Quęro quis compellit arbitros. Reſp. quod iudex recuſatus compellit arbitros ad finiendum cauſam recuſationis c.ſuſpitionis de off. delega. & ipſe aſſignat terminum arbitris d. c. cũ ſpeciali,&c. legitima de appella.in ſexto. Itẽ quęro à delegato recuſati ad quem appellabitur. Reſp. quod à delegato iudicis ordinarij recuſati appellatur ad ipſum ordinarium recuſatum non vt cauſam diſcutiat,ſed vt alteri diſcutiendam,& finiendam committat ita cõcludit Abb. in c. ſi quis contra clericum ſub nu. 31. de foro comp: contra Hoſtien. Specul. Io.And.& alios tenentes ad Archiepiſcopum eſſe appellandum quorum opinionem communem eſſe dicit Caraui. ſuper ritibus mag. cu.vica.in ritu 265.nu.37. Vlterius quæro an ſuſpitio epiſcopi tangat vicarium.Reſp.quod epiſcopo certa ratione ſuſpecto, recuſari poteſt eius Vicarius, quamuis contra Vicarium nulla adſit ſuſpitio c. inſinuantę vbi Abb. nu. 2.de off.deleg. capi.deciſ. 137. nu. 9. non ſic è contra nam ſuſpecto Vicario epiſcopi vel degato ab epiſcopo non cenſetur ſuſpectus ipſe epiſcopus coram quo cauſa ſuſpitionis cognoſci debet c.ſi contra vnum de off.deleg.in ſexto quando tamen principaliter, & ex certa cauſa recuſatur, ſecus autem ſi cauſa ſuſpitio-
nis

nis concernat epiſcopũ pariter & vicarium, vel delegatum, quia tunc coram arbitris talis cauſa tractabitur Franc. in d. c. ſi contra vnũ. Deci. in c. 1. nu. 70. de iudi. in 2. lectu. & quid ſi in cauſa commiſſa vicario epiſcopus nullam habeat poteſtatem, quia delegatus, & tali caſu ſeparatum eſt auditorium epiſcopi & vicarij Deci. in c. quoniam Abbas nu. 62. de off. delega. an tunc ſuſpecto epiſcopo cenſeatur ſuſpectus vicarius. Reſp. quòd ex ſequenti patet ſolutio. Quæro an Archiepiſcopo ſuſpecto cenſeatur etiã ſuſpectus eius ſuffraganeus Reſp. quòd ſic per c. accedens vt lite non conteſt. & rationem aſsignat glo. in c. cum in iuuentute de purg. cano. Deinde quæro an epiſcopus recuſatus poſſit remictere cauſam ad Archiepiſcopũ. Reſp. ꝙ epiſcopus recuſatus poteſt remictere cauſam ad Archiepiſcopũ & ſic aliter quam per appellationem Archiepiſcopus qui non poteſt adiri per querelam, poteſt tamen in cauſa ſubditorum ſui ſuffraganei cognoſcere ſcilicet in caſu recuſationis inferiore remictente d. cap. cum ſpeciali de appellat. in quo tex. hoc expreſſe notat Abb. nu. 5. Franc. in vlti. not. & Card. Alex. nu. 10. & ſic epiſcopo recuſato Archieṗs in iuriſdictiõe nõ ſuccedit Abb. in c. ſi quis cõtra clericũ nu. 7. de fo. cõp. ita vt nec etiá de cauſis recuſationis poſſit cognoſcere cum appellãdi cauſa nõ ſit legitima non ſubſiſtẽte grauamine, ſicq; inhibitioni locus non erit, ſi tñ eṗs non vult remictere procedendũ erit iuxta formam d. c. cum ſpeciali. Signatura autem Sanctiſſimi D. N. Papæ iuſta ſeu legitima cauſa ſubſiſtẽte tá iudicibus Ro-

Curię quàm extra eam consueuit dare adiunctum vt nouissime post alios refert Mādosius in praxi commissionum super commissione deputationis adiuncti, in verbo adiunctum. fol.60. de qua adiūcti deputatione vide Abb. in d. cap. si quis contra clericū & in c. licet ex suscepto nu.16. de for.cōp.& c. in d. decis. 137.

Præcedenti secundo requisito accedit etiā quòd iusta causa appellandi est à comminata tortura, quia licet decretum detorquendo sit interloqutorium merum Areti.in cons.20. cōtinet tamen grauamen inreparabile vt in l. 2. ff.de appel.recip.glo.in clem. 1. in verbo ipso iure de hære. Item si appellatur super carcere, tunc admictitur appellatio, ratio est quia grauamen in diffinitiua reparari non potest, & dicitur grauamen inreparabile quando cōtinet factum; quia cum factum infectum esse non possit vt in l.in bello.§.factæ ff. de cap. & postli.reuers.ideo illud grauamen inreparabile censetur ita tenent Doc.in l. quod iussit ff. de re iudi.Diaz.in reg. 39. & dicitur non posse reparari etiam si quis fuit excommunicatus Rebuf.in trac.concordatorū in rub. de friuolis appel.à quibus vero interloqutoriis possit appellari latè p Bar. ī d. l.2.cū seq.vbi à nu. 12.examinat materiā per oēs partes iudicij incipiēdo à citatione, vbi eccellens D. Marinus Quarāta pater meus Iureconsultus & aduocatus Neap. nemini secundus in eius apostillis ad pennam dictis per Bar.multa addidit.quomodo etiam possit cognosci, quando interloqutoria habeat vim diffinitiuæ, & quando non, ac de multis dubiis casibus in quibus po

test dubitari an aliqua pronunciatio sit diffinitiua, vel interloqutoria post Doc. in d.l. quod iussit.ff.de re iudi.& Feli.in rub.d.tit.vi de Maran. in vltima par. Speculi vbi refert, quinquagintaquinque casus in quibus non potest appellari à diffinitiua, & inter quos est in quolibet crimine manifesto c. cum sit Romana de appella.glo.in c.quam periculoso de vsuris, & tunc in illis casibus potest ante diffinitiuam ab interloqutoriis, quæ emergunt appellari, & ratio est quia grauamen non speratur posse reparari per appellationem à diffinitiua cum ab illa non posset appellari, & si interloqutoria non habeat vim diffinitiuæ, vt per Maran.in loco præallegato,& tunc in illis enumeratis casibus quando fuit appellatum à diffinitiua potest inhiberi iudici à quo ne sententia demandetur exequtioni antequam iudex ad quem cognoscere ceperit vtrum sit recipienda appellatio ab eo interposita d.c. Romana §.si autem de appel.in sexto. dictis autẽ per Doc. in d. l. quod iussit, adde capi. decis. 144.quod contrarium imperiũ non habeat locũ interloqutoria ab habente vim diffinitiuę.

Iusta etiam causa appellandi est quòd si episcopus habet latam diocœsim, & vellet causam cognoscere in loco multũ remoto à partibus possunt partes petere causam commicti in loco propinquo & si hoc denegaret potest appellari & sic limitatur tex. in c.cum episcopus de off. ord. in sexto per Dec. in c. cum te nu.12.de off.deleg.Rebuf. in trac.concordatorum in rub.de friuolis appellationibus.

A correctione legitima non appellatur, ni-

ſi modus excedatur c. ad noſtram. c. reprehenſibilis in fi. & c. quia nos. cap. inquiſitioni de appella. c. licet de off. ordi. vbi de clauſula appellatione remota.

Denique tam in ipſis appellationibus admittendis, quam in concedendis inhibitionibus poſt appellationem ſeruare tenetur Archiepiſcopus formam, & tenorem ſacrarum conſtitutionum, & præſertim Inno. 4. in d. c. Romana de appella. in ſexto ob decretum Sacri Concilij Trid. ſeſſ. 22. de refor. c. 7. in qua decretali diffinit Papa in quantum iuriſdictio Archiepiſcopalis ſe extendit quoad ſubditos ſuffraganeorum dicit hoſtien. in c. primo de ſup. neg. prela. in ſexto, quam decretalem ſi Archiepiſcoporũ vicarij prę oculis haberent non ſic paſſim literas inhibitoriales concederent nam ſua vnicuique epiſcopo iuriſdictio ſeruari debet c. peruenit 11. quæſt. 1. glo. fin. in c. ſicut olim de accuſa. & in c. dilecti filij de priuileg. epiſcopus enim inſolidum eſt iudex in ſua diocœſi, & cuncta debent deferri prius ad ipſum c. vltimo de off. Archi. & ipſe omnem cauſam ſibi competentem debet audire in ſua diocœſi c. de perſona vbi Cardin. Alex. 11. q. 1. & habet iuriſdictionem vniuerſalem in tota diocœſi. c. conquerente de offi. ordi. Gemi. in d. c. Romana. §. ab Archidiaconis, & quamuis dicta conſtitutio loquatur in Archiepiſcopo Rhemenſi tamen facit ius quo ad omnes, & quantum ſibi in diocœſibus ſuffraganeorum dictus Archiepiſcopus vendicabat patet ex decretalibus libri ſexti de eo mẽtionẽ facientibus videlicet in c. primo de ſup.

neg.

neg. præla. c. primo de off. ordi. c. 1. de foro comp. c. Romana. de appell. c. 1. de penis, c. Romana de sent. excom. & c. 1. de peni. & remiss. & Archiepiscopo Rhemensi qui carcerauerat episcopũ vide quid scripsit Nicolaus Papa in c. Arguta 2. q. 6. vltimo quæro à quibus decretis hodie per Conc. Trid. possit appellari, & à quibus non. Resp. quod ex decretis d. concil. sess. 13. de refor. c. 1. & sess. 24. de refor. c. 20. patet quòd potest appellari à diffinitiua d. c. 1. & c. 20. Item ab habente vim diffinitiuę d. c. 20. Itẽ à grauamine quod per appellationem à diffinitiua reparari non potest d. c. 20. vel à grauamine quod per ipsam diffinitiuam sententiam reparari non potest d. c. 1. & quando ab ipsa diffinitiua appellari nõ potest d. c. 1. & & ex decretis eiusdem cõcilij habes quòd appellatio non suspendit exequtionem decretorum in causa residentiæ sess. 23. de refor. c. 1. Itẽ si de visitatione, aut morũ correttione agitur, exequtio non impeditur, aut suspenditur per appellationẽ. sess. 14. de refor. generali. c. x. & sess. 13. de refor. c. 1. §. in causis. Itẽ esaminatorum relationẽ circa esaminatos per concursum quominus exequtionẽ habeat nulla deuolutio, au tappellatio impedit, aut suspẽdit sess. 24. de refor. gñali c. 18. & quòd appellari possit à mala electione in beneficijs per concursũ vide Bullam Pij v. incip. inconferendis. Item ep̃s controuersias omnes deprecedẽtia in processionibus publicis tum in his quę fiunt in tumulãdis defunctorũ corporibus, & in deferenda vmbella, & alijs similibus, amota oĩ appellatione, & nõ obstantibus quibuscunq; cõponat

vt in

vt in ſeſſ.25.de refor.c.13. Item exequtionem decreti eiuſdem concil.ſeſſ.25.de refor. c. 14. contra concubinarios clericos appellatio aut exemptio non impedit aut ſuſpendit.

In concilio prouinciali Mediolanenſi quinto celebrato per bo.me. Cardinalem Borrhomeum Archiepiſcopum impreſſo de anno 1582. par.3.ſub rub. de epiſcopo, epiſcopali iuriſdictione, & foro fol. 126. hæc habentur videlicet.

Quoties epiſcopus etiam tamquam Sedis Apoſtolicæ ex decretis concilij Trid. delegatus ſententiam in ijs cauſis tulerit in quibus ante concilium, tamquam ordinarius eadem iuriſdictione poteſtateve vti poterat, ſi ab illius ſententia ad Metropolitanum appellabitur, non propterea, quia alia ſententia tamquam à Sedis Apoſtolicæ delegato pronunciata eſt, à Metropolitani iuriſdictione ſubterfugiatur, ſed appellationis cauſæ cognitio omnis liberè eidem permictatur.

Quod Concilij Tridentini decretis ſancitum eſt, vt in viſitationis, correctionis, habilitatis, inhabilitatis, & criminum cauſis ab interloqutoria ante diffinitiuam ſentẽtiam aut ab alio quocumque grauamine ne appelletur, ita omnes ad quos pertinent id exequantur, vt non modo appellationi non deferatur, ſed neque Metropolitanus ad quem appellatum eſt ante diffinitiuam ſententiam cognitionem grauaminis ſuſcipiat, adhibeatue, ita vt ne ſimpliciter quidem mandet acta cauſę ſumptibus appellantis mitti. Vbi vero ſententia diffiniẽs lata eſt, quę ad cauſas viſitationis,

&

& correctionis pertinent appellari liceat, ita tamen, vt illius exequtionem non retardet impediatve appellatio. Quod si de grauamine agitur quod per appellationem à diffinitiua reparari nequeat quale est grauamen indebitè carcerationis tunc appelletur licet, & appellationi planè deferatur. Nec vero prohibeatur quominus acta causę ad iudicem appellationis deferantur, interea vero idem cuius causa agitur in carcere permaneat quoad causa cognita iudex ad quem appellatum est aliter iusserit decreueritue. Si vero causa correctionis est vtpote cum quis inique in carcerē se coniectum esse, aut diutius in eo fuisse conqueratur, & ad Metropolitanum propterea appellet de prætenso excessu is cognoscat licet dummodo, quæ ordinarius iudex decreuerit eorū exequtio interea non impediatur. & hæc breuiter de appellationibus dixisse sufficiat.

Decima nona auctoritas est, vt propter negligentiam episcopi deuoluatur potestas ad Archiepiscopum. 9. q. 3. vbi glo. in sum. & in c. fin. in verbo negligentes quæs. eadem. ac in c. pastoralis in princ. de off. ordi. in c. sicut olim de accus. in c. primo de sup. negli. pręla. in sexto. Hostien. in sum. de off. ord. sub nu. 7. Abb. in c. quanto nu. 6. de off. ord. Gemi. & Franc. in c. venerabilibus §. sanè de senten. excom. in sexto notant ex eo tex. quòd Archiepiscopus habet iurisdictionem in subiectos suffraganei si suffraganeus negligit facere iustitiam, & hanc esse communem opinionem

dicit

dicit Abb. in c.graue nu.9. de off. ordi. Felin. in d.c. paſtoralis nu.6. & quòd negligentia ſit iuſta cauſa priuandi aliquem exercitio, & modos probandi neglig ẽtiam vbi à iure vel ſuperiore non eſt præfixũ tempus Feli. in c.inrefragabili de off.ord. Sed contra prędictã communem opinionẽ tenet Abb. in c.ſi quis cõtra clericũ n.7. de fo. comp. & in repetitione eiuſdẽ qui à n. 40. vſq; 42. latè eſaminat, & concludit quòd epo pro ſuis ecceſſibus excõmunicato, vel iuriſdictionẽ exercere negligenre eius iuriſdictio regulariter ad Metropolitanum non deuoluitur, quamquam in caſu negligentiæ ad iuſtitiam miniſtrandam eundem compelli valeat, in prælatis vero epiſcopis inferioribus quoad ipſum ſecus eſt cenſendum, & ex hoc infert correlarium quòd pingius ius habent epiſcopi in ſubditis ſuorum ſubditorũ, quàm Archiepiſcopi in ſubditis ſuorũ ſuffraganeorum idem tenet Abb. in d.cap. paſtoralis in princ. nu. 10. & 12. & in c. ex parte nu.17. de conceſſ. præben. in c. auaritiæ num.6. de præben. in c. ex frequentibus nu.10. de inſtitu. in c. cum Bertodus nu.10. de ſent. & re iudi. in d. c. graue nu.9. de off. ordi. & in c. nullus de iure patro. ſimiliter dicit quòd Archiepiſcopus non ſuccedit data qualibet negligentia, ſed tantum in caſibus à iure expreſſis vnde licet regulariter poſſit compellere epiſcopum ad officium ſuum debite exercendum non tamen ipſe ſuccedet in exercitio, & notat etiam Gemin. in c. primo nu. 5. de ſup. neg. prel. in ſeſtto, & ſic maior eſt iuriſdictio Archiepiſcopi in ſuffraganeos, quàm in ſubditos ſuffraga-

neorum

neorũ Ancha. notat in d. c. paſtoralis in prin. Card. Alex. in c. de hijs 12. diſtin. propter negligentiam ergo ſuffraganeorum non deuoluitur actus ad Archiepiſcopum, ſed vniuerſus mundus tenet oppoſitum vt refert Felin. in d. c. paſtoralis, qui dicit opinionem Abbatis eſſe nouam, & tuendo communem tria pro ea cõſiderat, cuius dictis adde quòd non conuincitur iudex de re tardata iuſtitia niſi fuerit ter requiſitus Grama. in conſ. crimi. 54. nu. 8. Bauer. in tract. de mora. par. 1. niſi in prima interpellatione recuſaret tunc vna ſufficit, & ſequitur Rebuf. in tracta. concordatorum in rub. de friuolis appell. vbi concludit eſſe communem opinionem quod quando quis non poteſt habere iuſtitiæ complementum à ſuo iudice appellare poteſt ad immediatè ſuperiorem poſt trinam monitionem iudici factam, & iudex negligens circa ea quæ ſibi incumbunt tenetur ad intereſſe vt per Rebuff. in loco præællegato, & aduerte quòd Abb. in d. c. ſi quis contra clericum, loquitur quando quis vult adire Archiepiſcopum per viam quærele, & dictum ſuum dicit Abb. non procedere in caſibus exceptis vt in abſolutione ab excõmunicatione c. ad reprimendam de off. ordi. c. ſacro de ſent. exc. glo. in c. qua fronte in verbo conquerunt de appel. & in correctione criminũ c. Romana. §. notoria de cẽſ. in ſexto qui tex procedit etiã ſi Archiepiſcopus non viſitat Abb. in c. ex frequẽtibus n. 10. de inſtit. vtroq; enim caſu mora affert periculum in illa Abb. in d. repetitione ſi quis contra n. 40. de fo. cõp. ex qua rõne infert quod licet Archiepiſcopus

non

non possit ipse dare licentiam, vel consentire, sed tantum compellere episcopum ad consentiendum tamen si causa est multum fauorabilis propter aliquod bonum emergens, quod bonum aliter non succederet poterit etiam ipse dare licentiam, vel consensum præstare Lamb. de iure patro. libr. 1. par. 2. art. 20. q. 1. princip. nu. 21. fol. 123. vbi pro ornatu d. c. nullus de iure patro. Late tractat, quando aliquis habens consentire non vult consentire possit adiri superior, vt illum compellat ad consentiendum vel ipse consentiat, & concludit quòd quotiescumque consensus est præstandus per inferiorem prælatum episcopo iura episcopalia habentem, potest episcopus adiri in omni casu, vt vel compellat inferiorem prælatum ad consentiendum, vel ipse consentiat, & ratio est in episcopo versus subditos prælatos, quia ipse habet intentionem suam fundatam de iure super omnes existentes in diocœsi c. omnes basilice 16. q. 7. glo. in c. sane & in c. sicut vnire de exces. præla. & in c. quamquã in verbo loci ordinario de vsu. in sexto. & res de facili reuertitur ad suam pristinam naturam c. ab exordio 36. distin. Secus tamen est in Archiepiscopo qui non potest supplere negligentiam episcopi, nisi in casibus à iure expressis per d. c. pastoralis, prout etiam supplet in casu institutionis in quo potest recurri ad Archiepiscopum quando episcopus nõ vult instituere qui præfiget terminum infra quem si non instituit ipse supplebit Abb. in d. c. ex parte nu. 17. de conces. præben. & vltra rationem Abb. potest dici quod ille casus est expressus

sus

ſus à iure ſcilicet in collatione beneficiorum vel inſtitutione vt epiſcopo negligente Archiepiſcopus ſuccedat per c.2.de conceſ.præben. c.cum in cunctis in fine de electio. d.c.ex parte de conceſ. præb. Roccus de iure patro. in verbo pro eo quod diocœſani conſenſu nu. 16.Lamb. vbi ſupra, & in quæſ. ſeq. & lib. 2. par.2.arti.17.quæſ. 8. princ. fol. 191.& in eodem lib.2.par.3.art.7.quæſt.7. princ. fol. 217. qui. in præcedenti articulo 6. num. 4. ponit multos caſus in quibus ſuperior poteſt præfigere tempus, vbi tempus à iure non eſt præfixum habenti facere actum, & ſi infra tempus ille actus non fuerit factus, ipſe ſuperior ſupplebit ſi tamen epiſcopus habens conſentire noluerit conſentire ex iuſtis cauſis, & ſuperior aditus non vult eum in illis audire, ſed loco ipſius vult conſentire, epiſcopus, vel habens conſentire poteſt appellare ad ſuperiorē ſuperioris ſui Lamb.in d.arti.20.num. 13.fol. 123.& ſecundum communem opinionem infertur quod ſi ſuffraganeus eſt negligens in exhibenda iuſtitia, & ſubditus conqueritur Archiepiſcopo de ſuffraganeo qui noluit procedere tali caſu deuoluitur poteſtas ad Archiepiſcopum, vt tamen quo ad hoc nulla reſtet obiectio conſuluit Hoſtien. in d. c. primo de ſup.negli.præla. in ſexto, vt Metropolitanus remictat ſubditum ad ſuffraganeum aſſignās ei certum terminum competentem infra quē iuſtitiam reddat, quo elapſo ſi hoc non fecerit debet Archiepiſcopus diffinire, & vt epiſcopus monitionem negare non poſſit, fiat de præſentatione literarum publicum inſtrumē-

Card. Alex. etiam dicit in sum. 9. q. 3. quod si suffraganeus est negligens, vt non ordinet vel excommunicet, vel condemnet quos debet, & generaliter non facit ea, quæ debet & admonitus non emendauerit, tunc Archiepiscopus inuito eo supplebit vices eius, scilicet q̄ in parochia eius ordinabit clericos, instituet in ecclesiis excommunicabit, absoluet, & damnabit secundùm Hugonem. idem Card. etiā in d.c.fin. 9. q. 3. notat quòd episcopus non debet esse negligens in diocœsi sua, sed facere ea ad quæ tenetur, vt puta ordinare clericos, iudicare, & alia disponere ad quæ tenet, aliàs Metropolitanus defectum vel negligentiam supplere potest, & sic dicta 9. q. 3. abreuiatur vt ponitur in principio voluminis decreti vbi quæritur an liceat Archiepiscopo clericos sui sui suffraganei absoluere vel dānare, & quod non nisi data negligentia, vel appellatione interposita. Præterea ex hac communi conclusione deducitur quòd Archiepiscopus potest assignare terminum episcopo vt cōstituat sibi vicarium, vel officialem, quo elapso Archiepiscopus supdlebit Abb. in c. quoniam de off. ordi. si tamen episcopus est in diocœsi, & potest omnia episcopalia munera obire nō tenetur habere vicarium glo. Io. Pauli Lancel. in lib. 1. institu. iu. cano. in titulo de off. vicar. in verbo non potest. Vlterius infertur quod in exequtione vltimæ voluntatis episcopo negligente succedit Archiepiscopus Abb. in d.c. pastoralis in princ. Lancel. Corrad. in temp. om. iudi. lib. 2. c. 4. sub num. 22. Item Archiepiscopus supplet negligentiā prelati regularis per-

sonæ

sohæ suæ prouinciæ si post eius monitionem non reuocauerit ad claustra c.quãto vbi Abb. de off.ordi. Quæro quid si in terminis c. omnis vtriusque sexus de pœni. & remiss. episcopus malitiosè recusauerit dare licentiam alteri confitẽdi an possit Archiepiscopum adire. Resp. prout in glo. in d. c. in verbo obtineat. Item quæro quid si episcopus est exemptus. Resp. quòd Metropolitanus non supplet negligentiam episcopi exempti Abb. in cap. 2. nu.8.de concess.pręben.prout erat episcopus Adonen. qui non recognoscebat alium superiorem nisi Papam cui est directa decretalis in c. nullus de iure patro. & ideo de Papa ille tex. loqutus fuit dicit Lamber. in d. arti. 26. num.9.fol.122.vbi num.15.ponit quando dicatur negligens, & neglectus, & habetur per Gemi. in cap. ecclesię num. 12. de sup. negli. præla.in sexto. Quæro etiam quid si capitulum Sede vacante negligens est. Resp. quòd nedum Archiepiscopus supplet negligẽtiam episcopi, sed etiam capituli cathedralis ecclesię vacantis deputando visitatorẽ iuxta dispositionem c.fi.de sup.neg.præla. in sexto. Abb. in c.primo ne Sede vacan.& vide gl. in clem. prima in verbo capituli de hæret. Quæro etiã quid extra casum negligentiæ. Resp. quod in casu extra negligentiam non succedit Archiepiscopus, si episcopus ex suis culpis fuerit excommunicatus, nam tunc iurisdictio ipsius suffraganei excommunicati ad Metropolitanum non deuoluitur capitulo primo de sup. negli. prælat.in sexto, sed ad Papam, vt ibi per Gemi.& Docto. episcopo vero à paganis, vel

 à sci-

à ſciſmaticis capto non Archiepiſcopus, ſed capitulum adminiſtrat c.3.d.tit. in ſexto & ratio ponitur in tex.

Vigeſima auctoritas eſt nam in concernentibus totam prouinciam poteſt Archiepiſcopus exercere iuriſdictionem in ſubditos ſuffraganeorum, vt in tollendo prauam conſuetudinem c.ad extirpandas. & c. fin. de fil. præsby. c. ex frequentibus de inſtitu. c. in tantum de ſimo. Abb. in d.c.paſtoralis in princip. de off.ordi. & ibi Feli.nu.7. & iſte eſt caſus in quo Archiepiſcopus exercet iuriſdictioné in diocœſi ſuffraganeorum ſuorum Abb. in d.c. ex frequentibus nume. 4. & 10. verſi. tertia ſolutio. & Hoſtien. in c.primo de ſup.negl. præl. in ſexto dicit quando peccatum eſt vniuerſale ſcilicet, quia per vniuerſam prouinciam frequentatur, ſollicitudo enim totius prouinciæ Archiepiſcopo commiſſa eſt c.cleros 21. diſtin. facit tex. in c.ea noſcitur de his, quæ fiunt à præla. ſine conſ. cap. c. tuarum de priuileg. glo. in d.c.paſtoralis de off.ord. & gerit ſollicitudinem vniuerſaliter non particulariter Butri. in d.c.paſtoralis.

Vigeſima prima, & vigeſima ſecunda auctoritas ſimul eſt vt Metropolitano libera ſit facultas in prouincia ſua punire ſubditos ſuffraganeorum notorios iniuriantes ſibi nuntijs, & familiæ ſuæ c. primo de pœnis in ſexto, ex quo text. nota alium caſum quando ſcilicèt impediunt eius iuriſdictionem facit tex. in c primo de off. deleg. & vide glo. in

extra-

extrauag. vnica Ioã. 22. de priuileg. in verbo impediatur officium & in extrauag. ſequenti de pœnis in verbo calcata reuerentia.

VIgeſima tertia auctoritas Metropolitani eſt, vt puniat deuiantes à conſuetudine Metropolitanę eccleſiæ in diuinis officiis c. de ijs. 12. diſtin. ſuam enim Metropolim tene tur ſequi eccleſia ſuffraganea c. fin. de ſponſa duorum, & facit text. in c. dilectus el 2. de ſi. mo. & in c. primo de poſtu. præla. & ſic nota caſum in quo Archiepiſcopus iudicat inter ſubditos ſuffraganei videlicet, quando agitur de modo officiandi, & ratio poteſt eſſe, quia concernit totum ſtatum prouinciæ in quibus Archiepiſcopus habet iuriſdictionem cap. ex frequentibus de inſtitu. Gemi. notat in d. c. de ijs, quem ſequitur Card. Alex. ibidem dicens quòd cum modus publicus officiandi debeat eſſe in tota prouincia vniformis talis modi obſeruantia, & violatio reſpiciunt totam prouinciam, & ipſum Archiepiſcopum, & pro talibus poteſt Archiepiſcopus punire ſubditos ſuffraganeorum ſuorum, ſed hodie attenduntur conſtitutiones Pij V. ſuper recitatione Romani Breuiarij incip. quod à nobis poſtulat datum Romæ 6. Id. Iul. 1568. quæ eſt impreſſa in Breuiarijs, & in Bullario folio 1031. & altera conſtitutio eiuſdem Pij de Miſſalis Romani ex decreto Concil. Triden. reſtituti approbatione incip. quo primum, datum Romæ prid. Id. Iul. 1570. quæ eſt impreſſa in Miſſali & in Bullario fol. 1099.

à scismaticis capto non Archiepiscopus, sed capitulum administrat c.3.d.tit. in sexto & ratio ponitur in tex.

Vigesima auctoritas est nam in concernentibus totam prouinciam potest Archiepiscopus exercere iurisdictionem in subditos suffraganeorum, vt in tollendo prauam consuetudinem c.ad extirpandas. & c. fin. de fil. præsby. c. ex frequentibus de institu. c. in tantum de simo. Abb. in d.c. pastoralis in princip. de off. ordi. & ibi Feli. nu.7. & iste est casus in quo Archiepiscopus exercet iurisdictionẽ in diocœsi suffraganeorum suorum Abb. in d.c. ex frequentibus nume. 4. & 10. versi. tertia solutio. & Hostien. in c. primo de sup. negl. præl. in sexto dicit quando peccatum est vniuersale scilicet, quia per vniuersam prouinciam frequentatur, sollicitudo enim totius prouinciæ Archiepiscopo commissa est c. cleros 21. distin. facit tex. in c. ea noscitur de his, quæ fiunt à præla. sine cons. cap. c. tuarum de priuileg. glo. in d.c. pastoralis de off. ord. & gerit sollicitudinem vniuersaliter non particulariter Butri. in d.c. pastoralis.

Vigesima prima, & vigesima secunda auctoritas simul est vt Metropolitano libera sit facultas in prouincia sua punire subditos suffraganeorum notorios iniuriantes sibi nuntijs, & familiæ suæ c. primo de pœnis in sexto, ex quo text. nota alium casum quando scilicèt impediunt eius iurisdictionem facit tex. in c primo de off. deleg. & vide glo. in extra-

extrauag. vnica Ioã. 22. de priuileg. in verbo impediatur officium & in extrauag. sequenti de pœnis in verbo calcata reuerentia.

VIgesima tertia auctoritas Metropolitani est, vt puniat deuiantes à consuetudine Metropolitanę ecclesiæ in diuinis officiis c. de ijs. 12. distin. suam enim Metropolim tenetur sequi ecclesia suffraganea c. fin. de sponsa duorum, & facit text. in c. dilectus el 2. de simo. & in c. primo de postu. præla. & sic nota casum in quo Archiepiscopus iudicat inter subditos suffraganei videlicet, quando agitur de modo officiandi, & ratio potest esse, quia concernit totum statum prouinciæ in quibus Archiepiscopus habet iurisdictionem cap. ex frequentibus de institu. Gemi. notat in d. c. de ijs, quem sequitur Card. Alex. ibidem dicens quòd cum modus publicus officiandi debeat esse in tota prouincia vniformis talis modi obseruantia, & violatio respiciunt totam prouinciam, & ipsum Archiepiscopum, & pro talibus potest Archiepiscopus punire subditos suffraganeorum suorum, sed hodie attenduntur constitutiones Pij V. super recitatione Romani Breuiarij incip. quod à nobis postulat datum Romæ 6. Id. Iul. 1568. quæ est impressa in Breuiarijs, & in Bullario folio 1031. & altera constitutio eiusdem Pij de Missalis Romani ex decreto Concil. Triden. restituti approbatione incip. quo primum, datum Romæ prid. Id. Iul. 1570. quæ est impressa in Missali & in Bullario fol. 1099.

VIgeſima quarta auctoritas eſt nam Metropolitanus ad querelam epiſcopi tamq; delegatus Papæ procedit cõtra canonicos ſui ſuffraganei ceſſantes à diuinis c.inrefragabili §.cæterum de off.ordi.

VIgeſima quinta auctoritas eſt,quando crimina ſunt notoria quæ poteſt Archiepiſcopus punire in tota prouincia c.primo §. notoria de cenſi.in ſexto qui tex. procedit etiam ſi Archiepiſcopus non viſitat Abb. in c.ex frequentibus nu.10.de inſtitu.

VIgeſima ſexta auctoritas eſt,quia Archiepiſcopus poteſt exercere iuriſdictionẽ in prouincia conſuetudine ſibi permictente vndè licet Archiepiſcopus regulariter nõ poſſit exercere iuriſdictionem in prouincia c. 1. de for.comp.in ſexto, niſi in caſibus in iure expreſſis notatis per glo.in d.c.paſtoralis de off. ord.& in ſum,9.q.3.&in c.9.queſtus eadem q. inter quos eſt quando conſuetudo hoc ſibi tribueret d.c.1.de fo.comp.& c.primo de pœnis in ſexto vbi Gemi.&Franc. notant.

VIgeſima ſeptima eſt, vt Archiepiſcopus poſſit mictere edictum per totam prouinciam ſuam in caſibus ad ſuam iuriſdictionem pertinentibus c. 1. vbi notant Gemi. & Franc.de ſup.neg.prela.in ſexto.

VIgeſima octaua eſt, nam Archieps vel ei⁹ officialis poteſt mictere queſtores p totam prouinciam pro fabrica eccleſiæ Metro-

poli-

politanæ quibus si à subditis suffraganeorum resistitur, vel non paretur non possunt eos citare c.1.de pęni.& remis.in 6.vbi Fran.dicit procedere pro quolibet opere pio Imo. in clem. Abusionibus nu.28.& Card.Zab.nu.9. eo. tit. & de operibus pijs vide glo. in c.fin.in verbo casibus eo.ti.de peni.& remis. Ideoq; licet Archiepiscopus punire possit subditos suffraganeorum impedientes eum vel eius officiales in iurisdictione contētiosa vel quasi c. primo de pœnis in sexto, non tamen poterit iurisdictionem exercere contra ipsos subditos suffraganeorū impedientes eum, vel eius officiales, circa charitatē & exortationē, sed bene potest Archieps coercere suffraganeos, & eorū officiales si absq; iusta causa non permictunt cū potestas ipsorū Archieporum circa exortationē esset aliàs elusoria, vel quia sunt iudices suffraganeorū, & eorū officialium Fran.in d. c.1. in tertio not.de pœ.& rem.in 6.Imo.& Card. Zaba.in d.clem.abusionibus nu.8. & Bonifa. de Vitali.nu. 62. ipsi tamen quæstores debent literas Archiepiscopi ostendere diocœsanō, qui habebit illas examinare, quo facto debēt facere incorporari in literis episcopi, & tales literę Archiepiscopi & episcopi concessæ quæstoribus erunt exortatoriæ non autem compulsorię Imo.in d.clem.abusionibus nu.28.de forma autem literarum, & quales debeant esse quęstores habetur in cap.cum ex eo eod.tit. in antiquis & de ipsis vide disposita per Concil.Triden.sess.5.de refor. cap.2. & sess. 21. de refor. c.11. & sess. vltima in decreto de indulgentijs.

Vigesima nona auctoritas est, quia Archiepiscopus in quolibet loco suæ prouinciæ etiam exempto nõ obstante quocunq; priuilegio contrario põt facere ante se libere portari crucem, & benedicere populo, & audire publicè, vel priuatim diuina officia, & in pontificalibus celebrare, & coram se facere celebrari sine pontificalibus tamen Clem. Archiepiscopũ de priuileg. & ibi Imo. in 1. nota. vbi Bonifa. de vitali. in 3. no. dicit ꝙ delatio crucis Dominicę significat quamdam pręeminentiã eius qui ante se illã facit deferre, & ratio quare potest illam facere deferri per loca exẽpta est quia locus exemptus est de prouincia d. Clem. & permictit maximè propter reliquias præcedentis subiectionis ante exemptionem, & ex istis infert quod crux quæ portatæ ante funus, portatur causa deuotionis, & memorię passionis Christi in signum quod funus est illius hominis qui dum vixit, & moriens fuit dicto signaculo sanctæ crucis insignitus non autem in signum alicuius pręeminẽtiæ prout supra.

Trigesima auctoritas est, quia Archiepiscopus in prouincia sua potest concedere indulgentias secũdum formam conc. generalis c. nostro de penit. & remiss. c. 1. eo. ti. in 6. de quo cõcilio generali habetur in c. cum ex eo. eo. ti.

Trigesima prima auctoritas est, nã Archiepiscopus põt visitare prouinciã, & procurationes à subditis suffraganeorum suorũ exigere c. cum apostolus & tibi glo. in verbo Archiepiscopo c. sopite, & tibi glo in verbo iure, com-

communi c. ſuper eo. & c. cum nuper de cẽſi. c.1. & c.fin.eo.ti.in 6.vbi dicitur quod Archiepiſcopus dum viſitat prouinciam poteſt cõfeſſiones ſubditorum ſuffraganeorum audire, ac abſoluere confitentes, & ipſis penitentias iniũgere ſalutares. hodie vero per decretum ſacri Concil. Trid. ſeſſ. 24. de refor. generali c. 3. non poteſt viſitare niſi cauſa cognita & probant in concilio prouinciali.

TRigeſima ſecunda auctoritas eſt, vt Archiepiſcopus intra quamlibet eccleſiam prouinciæ ſuæ poſſit vti pallio c.1. de author. & vſu pall. & quia pontificalis officij plenitudo confertur per pallium antequam obtinuerit pallium licet ſit conſecratus non ſortitur nomen Archiepiſcopi, vel primatis, aut Patriarchæ, & non poterit epiſcopos conſecrare, nec conuocare ad concilium, nec chriſma cõficere, nec eccleſias dedicare, nec clericos ordinare, etiam ſi pallium in alio Arcbiepiſcopatu habuiſſet cum oporteat petere nouũ pallium, poteſt tamen quando vult miſſam ſine pallio, & ſandalis celebrare, poteſt etiam huiuſmodi conſecrationes ante pallij receptionẽ alteri commictere dummodo non ſit in mora petendi pallium. Nec ante habitum pallium poteſt Metropolitanus ante ſe crucem deferre, ſed tantum poſtea, nec poteſt Archiepiſcopos, vel Patriarcha vti pallio extra ſuam prouinciam, vel Patriarchatum, & non omni tempore ſed tantum in eccleſia in miſſarum ſollẽnijs, in feſtis precipuis, non in proceſſionibus neq; in miſſis pro defunctis, & eſt perſonale,

&c ideo accommodari nõ poteſt, nec in mortealicui relinqui, ſed Archiepiſcopus, vel Patriarca cum eo ſepeliri debet vt dicitur in Põtificali Romano par. 1. de pallio fol. 36. vbi exprimuntur etiam dies quibus pallio vti poteſt Archiepiſcopus, ſiue Patriarcha, & probãtur prędicta omnia, in 100. diſt. & in d. rit. de autho. & vſu pallij per totum, & in c. ſuffraganeis & c. quod ſicut §. ſuper eo de electio. c. 4. in fi. de poſtu. prelato. & de pallio Patriarchę vide c. antiqua de priuileg. & de electo. in Archiepiſcopum & confirmato quid exercere poſſit vide glo. in c. 1. de tranſ. epiſ.

TRigeſima tertia auctoritas eſt, quia Metropolitanus poteſt per totam prouinciã ſuam prædicationis officium aliquibus intercere prout in c. tuarum de priuileg.

TRigeſima quarta auctoritas eſt, nã Metropolitanus poteſt confirmare electum confirmãdum ab epiſcopo ſuffraganeo ſi eccleſia ſuffraganea vacat ſi tamen eſt conſuetudo c. ſicut tuis, & ibi glo. in verbo ad colon. de ſimo.

TRigeſima quinta auctoritas, eſt vt Metropolitanus poſſit deputare Vicarium, ſeu officialem in eccleſia ſuffraganea ſi infra octo dies poſt mortem epiſcopi, capitulum non prouiderit ex decreto ſacri Cõcilij Trid. ſeſſ. 24. de refor. generali c. 18. & emolumenta ſede uacante erunt ſucceſſoris, & non capituli Clem. ſtatutum de electio.

Trigeſima

TRigesima sexta auctoritas est, quia Metropolitanus tamquam sedis Apostolicæ delegatus potest cōpellere abbates, & regulares prelatos negligentes vt prædicatio Euangelij fiat in ecclesijs parrochialibus subiectis monasterijs in nulla diocesi existentibus in cuius prouincia diocœses ipse site sunt ex decreto eiusdem concilij sess. 5. de refor. c. 2.

TRigesima septima auctoritas est, vt Metropolitanus tamquam sedis Apostolicę delegatus possit conuocare regulares in cuius prouincia monasteria sub immediatè sedis Apostolicę protectione sita sunt negligētes exequi decretum eiusdem conc. sess. 25 de refor. c. 8.

TRigesima octaua auctoritas est, quia Metropolitanus cum duobus antiquioribus suffraganeis potest in prouincia erigere vnum aut plura collegia Seminarij ob ecclesiarum paupertatem iuxta decretum eiusdem conc. sess. 23. de refor. c. 18.

TRigesima nona auctoritas est, nā Archiepiscopus potest in casibus sibi permissis reum exulare extra prouinciam c. 2. de arbi.

QVadragesima auctoritas est, quia licet Archiepiscopus nō dispenset cum subditis suffraganeorum suorum, tamen in casibus in quibus potest iudicare poterit etiam dispensare Feli. in c. pastoralis nu. 7. de off. ordi. & hæc breuiter recollegisse sufficiat vltra glo. Abb. & Felin. in d. c. pastoralis. glo. in sum. & in c. cōquestus. 9. q. 3. & hostien. in c. 1. de sup.

neg. prela. in sexto, & eundem hostien. in summa de off. ordi, Lancel, Corrad. in templo omnium iudi. lib. 2. c. 4. de Archiepiscopo. cæteras auctoritates lector suppleat, his tamẽ quadraginta quæstionibus, totidemque auctoritatibus puto pro nunc fuisse satisfactum hodie die nono Martij. 1585. in Festiuitate Sanctorum Quadraginta martyrũ familiæ meæ protectorum est enim in honore hic numerus vt legitur in lectionibus istorum Sanctorum. Archiepiscopos autem his, & alijs auctoritatib⁹ in casibus à iure permissis vtẽdo puto esse memores de dicto Apostoli (non vt dominantes in clerum) relato à Gratiano in c. quia 10. q. 3. & legitur in epistola in in festiuitate S. Apollinaris die 23. Iulij. Et quoniam in Synodis prouincialibus, & diocœsanis solẽt inseri aliquæ Bullæ pertinentes prout vidi impressas in aliquibus, ideo operępretium esse duxi hic inserere sequentem meam recollectionem ex bullario, ex qua potest quis eligere pertinentes quæ de per se pateat, cum sint relatæ nonnullæ, quæ ad synodum episcopi, vel prouinciale concilium non faciant.



ILLV-

ILLVSTRISSIMO ET REVERENDISS. D. D. IVLIO ANTONIO SANCTORIO.

S.R.E. PRESBYTERO CARDInali, tituli S. Bartholomæi in Insula, Sanctæ Seuerinæ nuncupato.



MANATO iam bullario cũ collegissem ex eo extrauagantes illas generales in hanc luculẽtam consonantiam sub titulorum decretalium serie, ita vt ad supplementum quinq; librorum extrauagãtium communium Liber sextus meritò dici possit, ad exemplum Sexti libri Decre-

Decretaliũ Bonifacij octaui ad decretales Gregorij noni; id omne Illustrissime amplitudini tuæ literis significaui, qui mihi respondit se libenter hũc laborem visurum, ideoq; ex causa recollectionem istam præcedenti tractatui applicui, & ad suam Illustrissimam dominationem insimul micto, rogans vt quæ desunt supplere dignetur, cuius correctioni in omnibus humiliter me submicto. Neap.

Illustriss. & Reuerendiss. amplitudinis tuæ.

Humillimus, & obligatissimus Seruus

Stephanus Quaranta.

EXTRAVAGANTIVM COMMVNIVM LIBER SEXTVS

IN QVINQVE DIVISVS LIBROS sub titulorum decretalium serie,


QVAE A DIVERSIS ROMANIS PONTIFICIBVS,

Post quintum librum extrauagantium communium emanarunt, vsque ad S.D.N.D. Sixtum Papam Quintum.

Sic recollectæ à Stephano Quaranta V.I.D. Canonico Neapolitano ex Bullario Romæ impresso de anno 1586.

LIBER PRIMVS.

De Constitutionibus.



CONFIRMATIO œcumenici generalis Concilij Tridẽ. fol.769. incip. Benedictus, & est impressa in fine d.conc. & in syno. Neapol. folio 217. Pij iiij.

Declaratio temporis ad obseruandum decreta Sacri Oecumenici, & generalis Concil. Trid.fol. 813. incip.sicut ad sacrorũ,& est impressa in fine d.cõcil.& in syno Neap.fol.219. Pij iiij.

De

De electione.

Iulij 3. Contra prouisos retinentes beneficia eccle siastica absq; literis Apostolicis. f.534. Sãctissimus. & adde ad extrauag. commu. Bonifacij.8. incip. iniunctè de elect. quę fuit etiam in nouata per Iulium 2. fol. 151. Romani Pon. & extenditur & ampliatur etiã per Paulum 3. fol. 360. cum nobis. & per Pium iiij. fol. 804. Sanctissimus & vide regulas cancellariæ Apostolicæ. & in Regno Neapolitano ad hoc, vt prouisi faciant fructus suos, vltra literas Apostolicas requiritur quòd possessionem recipiant de manu nuntij ob breue Pij V. de anno 1568. die 8. Ian. fol. 1008. cupientes.

Pauli 4. Quòd Archiepiscopi, & episcopi cuiuscunque ordinis professores ad claustra suorum ordinum redeuntes ad officia, & dignitates assumi non possint. fol. 634. in sacra.

Pij iiij. Reformatio conclauis in electione Romani Pontificis fol. 767. in eligendis, & contra aspirantes ad Papatum simonaice adest constitutio Iulij 2. fol. 149. cum tam diuino. & vide alias clem. 7. de electione Romani Pontificis fol. 333. cum charissimus, & eiusdem Pontificis innouatio literarum suarum super electione Rom. Pont. fol. 352. licèt varie. & pręcedentes constitutiones adde ad disposita in c. licet de vitanda de elec. & c. vbi periculum d. ti. in 6. & clem. ne Romani d. tit. & contra ambientes ad Papatum vide Pauli 4. constitutionem fol. 624. cum secundum Apostolum.

Pij V. Super collatione parrochialium ecclesiarum,

rum,& examine faciendo, vicarij constitutione, & rectoris electione fol. 972. in conferendis, & est impressa in synodo diocœsana Neapol.fol.235.ad quam vide c.cum in cunctis.§. inferiora d.tit. in antiquis, ad cuius declarationem extant c.licet canon,c.nemo deinceps c.statutum.c.cum ex eo,& c.commissa d.tit.in sexto, & vide c. cum sit ars artium de æta. & qual.c.graui nimis de præb. c. cum in illis d. ti.in sexto.& Concil.Trid.sess.24. de refor. generali c. 18. posset etiam situari sub titulo de præben.

De Abbatissis & alijs monasteriorum monialium pręfectis non vltra triennium per vniuersam Italiam in futurũ eligendis fol.1321. exposcit: electio autem quomodo facienda sit habetur in c. indemnitatibus d. ti. in 6. & in Concil.Trid.sess.25.de regul.c.6.& 7. Gregor. 13.

De Renunciatione.

RElaxatio prohibitionis de non admictendis resignationibus per ordinarios, cum modificationibus fol. 1014. quanta & est impressa in concil. prouinc. Mediolan. 2. de impressione Brixiæ fol.81.& in syn.diocœs.Saler.fol.436. per quam relaxatur prohibitio antea facta per eundem Pium fol. 992. officium creditæ.& est impressa in syno. diocœs. Neap. in fine.de iure autem communi quilibet poterat renunciare, seu resignare beneficium in manibus collatoris c.admonet d.ti.glo. in clemen. vnica in verbo manibus eo.ti. de renun. & in c.de regularibus in verbo dimictant de Pij V.

simo.

ſimo. Mãdo. in praxi ſignaturæ gratiæ in verbo reſignationes fol. 11. quæ renunciatio nec debebat nec poterat antea fieri hoc pacto vt confereretur certe perſonæ Abb. in c. ex parte nu. 4. de off. deleg.

Gregor. 13. Conſtitutio de modo, & forma publicandi reſignationes, & ceſſiones fol. 1324. humano. & nota quòd per hanc tolluntur omnes conſtitutiones de publicandis, & ad prohibendas ſimulatas, occultasue, beneficiorum reſignationes per diuerſos Rom. Po. fuit prouiſum vtper Inno. 8. f. 130. ſicut bonus paſtor, & per Clem. 7. fol. 318. ſanctiſſimus, & per Pium 4. fol. 674. & fol. 898. & per Pium v. fol. 1187. quomodo etiam ordo ſit tenendus in cõfectione bullarũ ſuper gratijs reſignationum parrochialium, & ſimplicium idem Pius preſcripſit fol. 1167.

De temporibus ordinationum.

Pij ij. Contra promotos ante legitimam ętatem, aut extra tẽpora, aut ſine dimiſſorijs f. 79. cum ex ſacrorum, & eſt impreſſa in Catacheſi Neap. fol. 268. & vide Qnintil. Mando. ſuper ſeg. Cancel. de male promotis vbi examinat per ſex quæſtiones, eamq; declarat Nauar. in Manuali confeſſ. c. 27. nu. 155. notanda ſuper eam ponũtur in d. Catacheſi lib. 4. c. 12. f. 269.

Pij V. Extenſio decreti Conc. Trid. ſeſſ. 21. cap. 2. quod incipit cum non deceat loquentis de clericis ſecularibus ad clericos regulares nõ profeſſos, quòd non promoueantur ad ſacros niſi ſeruata forma dicti decreti fol. 1034. Roman. Pont. & reperitur impreſſa etiam in fine Concil. Trid.

cil.Trid. & Syno.Saler.fol.412. & Conc.prou. Mediolan. 3. fol.126.

De filijs presbyterorum.

QVòd filij sacerdotum nullo pacto, aut quouis quæsito colore in beneficijs parentum suorum succedere possint fol. 339.ad canonum conditorem, & nota quòd hic expresè corrigitur c. ex transmissa d.ti.& vide Concil.Trid.sess.25.de refor.c.25. Clem.7.

De officio ordinarij.

PRohibitio imprimendi libros absque approbatione fol.190. inter multiplices. & vide Concil.Trid.sess. 4. §. sed & impressoribus,&regul. indicis lib.prohib. c.9. Leonis x

Preceptum omnibus episcopis vtriusque Siciliæ, vt conficiant quotannis inuentarium actorum criminalium suæ Curiæ fol. 1111. Muneris. Pij V.

LIBER SECVNDVS.

De foro competenti.

QVOD personæ ecclesiasticæ alias personas ecclesiasticas ad forum laicale trahentes causam, ac omne ius eis competens eo ipso amictat fol.62. ad reprimendas vide c.si diligenti d.ti.& de pœna clerici, qui conqueritur coram iudice seculari de prælato est tex. in c.graue de excess.præla. Marti.5.

Pij V. Aduocatio ad se, & successores suos Rom. Pont. causarum confidentiarum, tam motarũ, & pendentium, quàm in futurum mouendarum fol. 1007. licet, sed postea per eundem relaxatur cognitio causarum preterquam pendentium fol. 1051. intolerabilis. & est impressa in syno. Saler. fol. 440.

De ferijs.

Pij V. DE non laborando in diebus festiuis fol. 929. cum primum §. quia vero & est impress. in syno. Saler. fol. 422. & in Concil. prouinc. Mediolanen. secundo. in parua impressione Brixie fol. 77. & uide c. omnes, & c. conquestus d. 11. & Cõc. Trid. sess. 25. in cõtinuatione sessionis c. insuper.

De sequestra. pos. & fruc.

VT beneficiorum fructus & distributiones lite pendente deponatur fol. 1013. cordi nobis.

De iureiurando.

Pij 4. SVper forma iuramenti professionis fidei. fol. 832. iniunctum, & reperitur impressã in fine Concil. Trid. & in syno. Neap. fol. 222. & Saler. fol. 395. & per istam constitutionem ampliatur etiam dispositio Concil. Trid. sess. 24. de refor. generali c. 1. & 12. & sess. 25. de refor. c. 2. & extenditur ad quoscumque, qui de monasterijs, conuentibus, domibus, & alijs

qui-

quibuscumque locis regularium, quorumcũque ordinum etiam militiarum quocumque nomine, vel titulo prouidentur.

De fidei professione emictenda in ordinatione & promotione Doctorum, & aliorum cuiusuis artis & facultatis professorum folio 829. in sacrosancta & est impres. in synod. Neapol. fol. 223. & Saler. fol. 398. & in Concil. prouinc. Mediolanen. 3. de impressione Brixiæ. fol. 103. Pij 4.

Innouatio constitutionis Nicolai tertij, & aliarum sanctionum contra iurantes, & iurare facientes illicita, impossibilia, damnosa & ecclesiasticæ libertati, ac decretis Concil. Triden. aduersantia folio 1354. inter Apostolicas. Greg. 13

De visitandis liminibus Apostolorum.) Romanus vide c. ego de iureiur. cap. iuxta 93. distin. & Pontifi. Ro. de forma iuramenti electi in episcopum fol. 24. & de pallio fol. 36. & vide quid statuerit S. Greg. magn⁹, vt legitur in Breuiario in eius festiuitate die 12. Martij. Sixti V.

LIBER TERTIVS.

De vita & honestate clericorum.

DE generali clericorum, & laicorũ, ac Romanæ Curiæ reformatione. fol. 193. §. reliqui vero clerici. Leonis x

De habitu, & tonsura clericorum in alma vrbe moram trahentium fol. 910. nos; & vide Concil. Trid. sess. 13. de refor. c. 6. & adde ad clem. 1. d. ti. Pij 4.

De clericis non residentibus.

Pij 4. Super residentia episcopali fol.678. de salute,& est impres.in Syno.Neap.fol. 227. & vide Concil.Triden.sess.6.de refor.c.1.& sess. 23. de refor. c. 1. & de facultate episcoporum contra personas exemptas vide Concil. Trid. sess.6.de refor.c.3.& sess.7. de refor. c.14. sess. 24.de refor.generali c.11.& sess.25.de regula. c.4.§.nec liceat, & quo ad appellationes vide in eodem concil. sess. 13.de refor.c. 1. & sess. 24.de refor. generali c.10.& 20. & sess. 22. de refor.cap.1.

eiusdem De residentia prelatorum parochialium,& aliorum curam animarum habentium,& resi dere debentium fol.833. in suprema & est impressa in fine Concil.Trid.& in Syno. Neapo. fol. 230. in qua constitutione ampliantur pœnę impositæ à Concil.Trid.sess.6. de refor. c. 1.& 2.& sess.23.de refor.c.1.

eiusdem Super parochialium, ac aliarum ecclesiarũ curatarum collationibus, nec non iuramento,& fideiussione præstanda de residendo fol. 783.inter multiplices, & est impres. in Syno. Neap.fol.232.

eiusdem Quòd gratiæ de non residendo, & fructus percipiendo ratione studij non valeant, sine consensu ordinarij. fol.831. Sanctissimus, & est impres. in fine Concil. Trid. & in Syno. Neap.fol.233. & circa disposita in dicta declaratione vide c. fin. de magis., & ad illud vide Conc.Trid.sess.5.de refor.c.1.§. docentes.

Pij V. De residentia in parochialibus, canonicatibus, dignitatibus, & beneficiis fol.1021. cupientes

pientes & est impress. in Syno. Saler. fol. 426. & in concil. prouinc. Mediolanen. 3. de impress. Brixiæ fol. 137. & loquitur hæc constitutio de habentibus parochialem & canonicatum ex dispensatione, aliter tamen est si dignitati, vel præbendæ parochialis sit annexa c. extirpandæ §. qui vero de preben. & c. super eo de preben. in 6. & quid si tunc animarum curæ incumbere voluerit vide Concil. Trid. sess. 22. de refor. c. 3.

De præbendis.

Declaratio portionum, quæ assignari debent vicarijs perpetuis in vnione beneficiorum fol. 999. ad exequendum. Sed per constitutionem Greg. xiij. Kal. Martij 1572. folio 1208. incip. in tanta. reuocatur, & reducitur ad terminos iuris cōmunis & decretorum cōcil. Trid. quod vide in sess. 7. de refor. c. 7. & sess. 25. de refor. c. 16. de quibus vicarijs habetur in clem. 1. de iure patronatus. c. extirpandæ §. qui vero, c. auaritiæ, & c. de monachis de prebē. & eo. ti. in 6. & extrauag. 10. 22. de præb. & ibi glo. in verbo vicarios. c. ad hæc de off. vica. clem. vni eo. ti. c. 1. de cap. mo. in antiq. & in 6. extat Petri Rebuf. trac. congruè portionis beneficiorum vicariis maximè debitæ, & dd. constitutiones Pij V. & Greg. xiij. sunt etiā impressæ in Syno. Saler. fol. 426. & 452. Pij V.

Quòd iudices causarum beneficialium, vel criminalium priuationem beneficiorum concernentiū, eorūq; affines, & familiares beneficia illa impetrare nō possint fol. 682. cupiētes. Pij 4.

eiusdem Reuocatio regressuum integraliter non expeditorum fol. 1132. Romani, & vide Concil. Trid. sess. 25. de refor. c. 7. & aliam reuocationem à Paulo 4. fol. 622. ad Romani.

eiusdem Reseruatio beneficiorum vacātium, & quæ in posterum vacabunt sede episcopali vacante fol. 1167. sanctissimus.

Sixti V. Reseruatio mensium Apostolicorum, & alternatiuæ pro episcopis residentibus fol. 1401. sanctissimus. & adest alia similis constitutio Pij V. fol. 1169. & Greg. xiij. fol. 1199. alia vero priuilegia episcoporum residentium vide in Pij 4. constitutione fol. 678. de salute.

De rebus eccles. non alien.

Pauli 2. De alienatione bonorum ecclesiasticorum non fienda fol. 91. ambitiosæ, & est impressa in extrauag. com. d. tit. & vide Concil. Trid. sess. 25. de refor. cap. 11. & de excommunicatione contenta in d. extrauag. vide Nauar. in Manuali confes. c. 27. n. 150. & ad hunc titulum extat compendium alienationum rerum ecclasiæ cum elucidatione cap. sine exceptione 12. q. 2. editum per Petrum Rebuffum, sed nouissimè copiosum & elegantem tractatum de rebus ecclesiæ non alienandis composuit Guglielmus Rodoanus.

eiusdem De officio commissariorum in examinandis causis alienationum rerum ecclesiasticarum, quæ à sede Apostolica in forma si in euidentem vtilitatem cedant delegantur fol. 88. cum in omnibus.

Pij 4. Reductio ad viam iuris communis litera-

rum

tum Pauli 4. super alienatione bonorum ecclesiasticorum fol. 681. prouida.

Rescissio bonorum ecclesiasticorum in dānum ecclesiæ, vel sedis, & cameræ Apostolicæ, quomodolibet factarum: folio 673. Apostolicę. — eiusdem

Prohibitio alienandi castra, & fortilitia in statu ecclesiastico existentia &c. folio 1373. solicitudo. — Sixti V.

De emptione & venditione.

VT incolę, & habitatores, ac vniuersitates Regnorum Siciliæ citra & vltra pharū contractus censuales modo tamen, & forma de qua in d. constitutione inter se contrahere libere, & licite possint fol. 72. solicitudo. & est impressa inter pragmaticas Regni Neapol. ad quam vide duas extrauagantes communes d. ti. videlicet Martini quinti, & Calisti tertij, & Petrum Follerium in praxi censuali vbi hanc Nicolai V. constitutionem commentatur, & vltra eum ad declarationem prædictarum cōstitutionum vide Io. Bap. Lupum in commentario l. 2. C. de pac. inter empt. & venditio. §. 2. — Nicolai V.

Confirmatio constitutionum Martini quinti, & Calixti tertij super annuorum censuum emptione, & venditione fol. 441. dilectus. — Pauli 3.

Forma creandi census fol. 1042. cum onus, & est impressa in Manuali confes. Nauar. c. 17. sub nu. 234. & in d. commentario Io. Lup. §. 2. nu. 84. vbi eam declarant. — Pij V.

De Feudis.

Sixti V. Confirmatio constitutionis Pij V. de ciuitatibus, & locis S. R. E. in Feudum non concedendis, aut quouis alio titulo alienandis incip. quanta. hanc Pij V. habes fol. 975. admonet, & aliam Greg. xiij. fol. 1197. inter cætera.

De solutionibus.

Sixti V. Confirmatio quarumcumque constitutionum Rom. Pontificum, circa solutioné annatarum communium, & quindẽdiorum, atque earundem declaratio & extensio Incip. Cameræ, & de materia Annatarum & quidenniorum vide alias sum. Pontif. constitutiones allegatas per D. Laertium Cherubinum in d. Bullario fol. 600.

De peculio clericorum.

Pauli 3. Declaratio, & constitutio super spolijs ad Cameram Apostolicam spectãtibus fol. 420. Romani.

Iulij 3. Declaratio quòd fructus beneficiatorum tempore obitus beneficiatorum inexacti debeantur successoribus in beneficijs, & non hæredibus dictorum beneficiatorum, &c. sicut nobis nuper. fol. 504.

eiusdem Declaratio regulæ, siue constitutionis perpetuæ nuper publicatæ super fructibus beneficiorum tempore obitus beneficiatorum inexactis fol. 505.

Quòd

Quòd conſtitutio perpetua ſuper fructibus beneficiatorum inexactis edita locum non habeat in locis in quibus collectores Cameræ Apoſtolicæ eſſe conſueuerunt fol.506.& ſic limitatur diſpoſitio c. fin. de off. ord. in 6 &c. quia ſępe de electio.in 6. & clemen. ſtatutum eodem titu. & cap. cum vos de off. ordi. quia non reſeruantur fructus vacantibus eccleſijs earum ſucceſſoribus. eiuſdem

Applicatio R. Camerę Apoſtolicæ fructuũ beneficiorum in Regno Neapol. Sedi Apoſtolicę reſeruatorum à die vacationis vſque ad diem quo prouiſi à Rom. Pontifice poſſeſsionem capient de manu Nuncij Apoſtolici in eodem Regno fol.691.cupientes malitijs. Pij 4.

Reſeruatio & applicatio ad R. Cameram Apoſtolicam fructuum omnium beneficiorum Sedi Apoſtolicę reſeruatorum, ſeu affectorum pro tempore vacantium fol.700. eiuſdem

Quòd clericorum bona ex illicita negociatione acquiſita ſub ſpoliorum nomine veniant fol.85 decens. eiuſdem

Declaratio literarum ſuper bonis ex illicita negociatione acquiſitis editarum fol.695. Romanus. eiuſdem

Applicationis fructuum omnium beneficiorum reſeruatorum in Regno Neapolitano pro tempore vacantium à die vacationis vſque ad diem quo prouiſi poſſeſſionem ceperint de manu Nuntij fol.1008. Cupientes. Pij V.

Declaratio circa bona, quæ non veniunt ſub nomine ſpoliorũ fol.995. Romani & quæ quę ſub ſpoliorum nomine veniant vide in eiuſdem

com-

commissionibus generalis thesaurarij præser tim Sixti V. fol. 1367. Item distributiones quotidianę non faciunt spolium per extrauagan. com. postulasti, & cum nonnullæ de præb.

Greg. 13. Quòd bona regularium extra claustra degentium ad Cameram Apostolicam spectant, & quòd in omnibus spoliis eadem Camera est verè & propriè hęres fol. 254. officij, & vide glo in c. vnico in fine de infanti. & langui. expoſi. denique de spoliis ecclesiasticis extant Tractatus Guglielmi Rodoani, qui copiosè de eis scripsit ante Nauarrum in commentario de spolijs clericorum super c. non liceat 12. q. 2. vbi illa sic Nauar. diffinit. Spolia sunt bona ecclesiasticæ quæsita immediatè, vel mediatè ex bonis ecclesiasticis vel reditus eorũ debiti, quæ non fuerunt ante mortem eius iustè impensa, nec facta iure patrimonialia, nec quęsita alij inreuocabiliter, vel quæ sunt ex illicita negociatione cõparata. quam diffinitionem declarando prosequitur incorporando prædictas su. Pontificum extrauagantes, quas hic recensui, quia sunt scitu digna, licèt ad Cõcilium prouinciale, & synodum diocœsanam pertinere non videantur.

De testamentis.

Pij 4. QVòd testamenta, donationes, & quæcumque alię dispositiones per ecclesiasticas personas facultatem à Sede Apostolica non habentes etiam in fauorem piorum locorum facta de rebus ecclesiasticis nulla sint fol. 660. graue nobis.

Re-

Reuocatio facultatum testandi, & disponendi de rebus ecclesiasticis feudalibus & emphiteoticis in illegitimos fol. 1159. quæ ordini. Pij V.

De sepulturis.

DE tollendis capsis, & depositis mortuorũ supra ecclesiæ solum, & parietibus existentibus fol. 924. cum primum §. vt in ecclesijs. & est impressa in synodo Saler. fol. 422. Pij V.

De decimis.

EXemptio perpetua à decimis pro quibuscumque monialibus fol. 659. de statu. & vide extrauag. com. vnicam d. ti. Pij 4.

De Regularibus.

QVòd religiosi capellani Sedis Apostolicæ superioribus suis obedire teneantur folio 44. per Romani. Greg. 7.

Reuocatio indultorum preter iuris communis dispositionem concessorum recipiendi, vel retinendi religiosos alterius ordinis etiam laxioris fol. 1059. quęcumque. & vide Concil. Trid. sess. 14. c. 11. Pij V.

De trium votorum professione ab ijs emittenda, qui in congregationibus sub obedientia voluntaria viuunt, quorum habitus à secularibus presbyteris est distinctus fol. 235. lubricum & est impressa in fine Concil. Trid. & in syno. Saler. fol. 409.

De præcedentia inter canonicos regulares Pij 4.

ord.

ord. S. Aug. congregationis, & monachos ord. S. Benedicti congregationis Cassinen. aliàs S. Instinæ de Padua fol. 797.

Pij V. Declaratio quod Fratres prædicatores precedant cæteris ordinibus mendicantium fol. 1026, diuina disponente.

Greg. 13. Super Fratrum Mendicantium, & confraternitatum laicorum præcedentia fol. 1323. exposcit & infra de nobis attributæ potestatis plenitudine volumus, & Apostolica auctoritate decernimus, quòd quicunq; ex dictis Fratribus mendicantibus inter se de præcedētia huiusmodi contendentibus, aut confratribus cōfraternitatum prædictarum inter quos lites & causæ præmissorum occasione ortæ iam sint, seu oriri contigerit in futurum, qui in quasi possessione præcedentię, seu iuris præcedendi sunt, ij, (quibuscunque reclamationib*, protestationibus, appellationibus & alijs subterfugijs prorsus remotis, & cessantib* & postpositis) in processionibus tam publicis, quàm priuatis præcedere debeāt: qui vero non probet, aut non constet de quasi possessione pręcedentiæ huiusmodi, inter fratres quidem mendicantes ij, qui antiquiores in loco controuersiæ, inter Confratres vero inter se litigātes ij, qui prius saccis vsi sunt, in processionibus tā publicis, quàm priuatis præcedere debeāt: ita vt si contingerit noua monasteria, aut domus alicuius ordinis mendicantiū in loco, in quo alterius ex dictis mendicantibus monasteria aut domus prius erecta & instituta sint, ille ordo, qui prius monasterium, seu domum in loco habuerit, præcedat. Pręterea quia inter prędictos

dictos ordines plerunq; alia in processionib⁹, & alia in Conciliis generalibus, & alijs actib⁹ publicis siue priuatis ratio circa modũ præcedendi seruatur, nolumus per præsentes prærogatiuis dictorũ ordinũ quo ad prędentias huiusmodi quę proprijs ordinibus pręterquam processionibus prędictis debentur, aut fratribus Capucinis nuncupatis, qui in processionibus publicis sub conuentualium S. Francisci, aut Minorum de obseruantia Fratrum nuncupatorum, Cruce, vt solent incedere posśint, aliquod pręiudiciũ generari. Sicque per quoscũque iudices &c. Datum Romæ apud Sanctũ Marcũ sub ãnulo Piscatoris die xv. Iulij 1583.

Præceptũ ne decetero fratres Capucini quẽpiã fratrũ minorum de obseruantia professorũ quouis prætextu recipere, aut retinere præsumant. incip. pro ea. & vide bullam Pauli 3. fol. 411. & Iulij 3. fol. 506. Sixti V.

De statu regularium.

DE clausura, & reformatione quarũcumq; monialiũ f. 12. & 930. circa, & est impressa in fi. conc. Trid. & in syno. Neap. fol. 242. & Saler. fol. 414. & in conc. prouin. Mediolan. 2. de impres. Brixię fol. 84. & vide c. periculoso d. ti. in 6. & concil. Trid. sess. 25. de regula. c. 5. Pij V.

Cõtra moniales exeũtes à clausura, & dãtes licentiã comitantes & receptantes fol. 1069. decori. & est impressa in syn. Sal. fol. 417. eiusdem

De monialium clausura, & de elemosinis monialibus pręstandis folio 1205. Deo sacris. vbi declaratur quo usque clausura extendatur, & vide Nauar. in cap. statuimus Greg. 13

mus 19.q.3.à nu.54.vsque 62.fol.118.& est impressa in Syno.Saler. fol. 447.& in concil.prouinciali Mediolanen.3.de impressione Brixię fol.144.

eiusdem Reuocatio omnium licentiarum ingrediẽdi monasteria monialium,& virorum,& prohibitio ne habentes licentias ab episcopis, vel superioribus in casibus necessariis ingrediantur monasteria monialium, nisi vrgentibus necessitatibus folio 1239. vbi gratiæ, & est impressa in Syno. Saler.fol.455.& in fine 4.& 5.concil.prouinc.Mediolan. de parua impressione.ex qua nota quod ingrediẽs monasteriũ monialium sine licentia incurrit in excommunicationem,vt in Concil.Trid. sess. 25. de regul.c.5.&cum non sit reseruata potest absolui ab episcopo c.nuper de sent.excom. qui tamen illam habet & abutitur incurrit in excõmunicationem Su.Pon.reseruatam per d.Gregorianam constitutionem,&aderat antea Breue Pij V.sub die 24.86.1566. super reuocatione licentiarum ingrediendi monasteria & domos Carthusieñ. &aliorum quorumcumque regularium ordinum etiam mendicantium quibus vis mulieribus concessarum fol.952. Regularium &in Syno. Neap. fol.244.& in Concil.prouinciali Mediolanen.3. de impressione Brixiæ fol.151. & in fine 4.Concil.quas literas in forma breuis idem Pius V. declarauit prout sequitur.

Nos Alexander miseratione Diuina Tituli Sancti Ioannis ante portam Latinam Presbyter Cardinalis Cribellus nuncupatus, omnibus & singulis præsentes nostras literas inspe-

inſpecturis, lecturis, & audituris fidem facimus indubiam, & in verbo veritatis atteſtamur, qualiter Sanctiſſimus in Chriſto Pater, & Dominus Noſter Domin⁹ Pius Diuina prouidentia Papa V. viuę vocis oraculo nobis facto dixit, & declarauit fuiſſe, & eſſe mentem & intentionem ſuam, quòd eius literæ in forma breuis, ſub die xxiiij. Octob. MDLXVI. Pontificatus ſui Anno primo editæ, in quibus mulieribus quibuſcumq; Monaſteriorum regularium ingreſſus cum derogatoriis clauſulis & irritantibus decretis prohibebatur, non ſolum comprehenderent, & comprehendant mulieres habentes, & habere prætendentes facultatem, & indulta ingrediendi huiuſmodi Monaſteria, ſed etiam omnes, & quaſcumque mulieres alias tam in genere quàm in ſpecie. Significans nihilominus idem Sanctiſſimus Dominus Noſter eodem viuæ vocis oraculo nobis facto, quòd propter hoc & per dictas ſuas literas non intellexit, nec intelligit, quòd mulieribus præcludatur aditus accedendi ad Monaſteria & loca regularia, ac eorum clauſtra, quando in eis Miſſæ, & alia Diuina Officia celebrantur, ac quando proceſſiones fiunt, & quando Chriſti fidelium cadauera ibi ſepeliuntur, ac etiam pro eis ſuffragia fiunt, ſed liberè conceſſit, & concedit eiſdem omnibus mulieribus facultatem, vt ad illa loca in quibus dicta pia opera exercentur cum aliis catholicis perſonis accedere liberè, & licitè poſſint, & valeant, & ſimiliter quòd quando diuinum verbum in Eccleſia Monaſteriorum, & regularium locorum huiuſmodi proponitur,

vel propter aliam quamcumq; causam est tantus concursus populi, quòd comodè ingredi non possint, & egredi per principalem portã Ecclesiæ, concessit & concedit eodem viuę vocis oraculo, vt dictæ mulieres vna cum aliis sæcularibus personis possint ingredi, & egredi, per portam claustri Monasteriorum, & regularium locorum huiusmodi, dummodo recto tramite accedant ad portam qua exitur è Monasterio, non obstantibus priuilegiis & literis Apostolicis, ac quibuscumque in contrarium facientibus in quorum omnium, & singulorum fidem, & testimonium præmissorũ præsentes nostras literas ex inde fieri fecim⁹, illasq; manu propria subscripsimus sigilliique nostri quo in talibus vtimur impressione cõmuniuimus. Datum Romę in Palatio Apostolico in Ædibus nostrę solitæ residentiæ sub Anno à Natiuitate Domini 1568. Indictione xj. Die verò xxvij. Mensis Ianuarij Pontificatus prælibati Sanctissimi Domini Nostri Pij Quinti Anno Tertio. Alexander Cardinalis Cribellus. Robertus Fontanus loco † sigilli.

Greg. 13 *Declaratio super facultate quam habent ordinarij, & alij monialium superiores ingrediendi earum monasteria fol. 1305. dubiis. & infra.*

Declaramus prælatos omnes tam seculares quàm regulares quibus cura & regimen monasteriorum monialium quouis modo incũbit, facultate sibi ex officio attributa ingrediẽdi monasteria prædicta ita demum vti posse, si id faciant in casibus necessariis, & à paucis ijsque senioribus, ac religiosis personis comitati.

tati. Quo circa vniuersos & singulos episcopa li, seu maiori, ac etiam Cardinalatus dignitate præditos, necnon quorumuis ordinum Abbates, Priores, ministros, & alios quoscumque superiores regulares serio monemus, vt facultate huiusmodi, qui eam habent præterquam in casibus, vt præfertur necessarijs ne vtiquã vtantur, quòd si contrafecerint eadem auctoritate Apostolica statuimus, atque decernimus qui pontificalis dignitatis fuerint, eos pro prima vice contrafecerint ingressu ecclesiæ interdictos, pro secunda à munere Pontificali, & à diuinis suspensos, ac deinceps ipso facto absque alia declaratione excommunicatos existere, regulares vero omni officio, ac ministerio priuatos excommunicationi similiter subiacere volumus. Non obstãtibus &c. die 23. Decemb. 1581.

De celebratione missarum, & alijs diuinis officijs.

DEcretum contra beneficiatos non recitantes horas canonicas f. 194. in Conc. Late. sub rub. de generali clericorum & laicorum, ac Rom. Cu. reformatione §. statuimus quoq; & ordinam⁹, vt quilibet habens beneficiũ, cũ cura, vel sine cura si post sex mẽses ab obtẽpto bñficio diuinũ officiũ nõ dixerit legitimo impedimẽto cessante, bñficiorũ suorũ fruct⁹ suos nõ faciat pro rata omissionis recitationis officij, & tẽporis, sed eos tamq̃ iniuste pceptos in fabricas huiusmodi bñficiorũ, vel pauperũ elemosinas erogare teneať. Si vero vltra dictũ tps in simili negligẽtia cõtumaciter pmãserit, Leonis X

legitima monitione præcedente beneficio ipso priuetur, cum propter officium detur beneficium. Intelligatur autem officium omictere quo ad hoc, vt beneficio priuari possit, qui per quindecim dies illud bis saltem non dixerit. Deo tamen vltra præmissa de dicta ommissione reddituri rationem.

Pij V. Statutum de fructibus quos amictunt, qui horas canonicas non recitant fol. 1134.

Ex proximo Lateranen. Concilio pia & salubris sanctio emanauit, vt quicumque habens beneficium ecclesiasticum, cum cura, & sine cura, si post sex menses, quam illud obtinuerit, diuinum officium, legitima cessante impedimento, non dixerit, beneficiorum suorũ fructus pro rata, omissionis officij & temporis, suos non faciat, sed eos tanquam iniustè percepros, in fabricas ipsorum beneficiorũ, vel pauperum eleemosynas erogare teneatur. Verũtamen multorum animi suspensione tenentur, cuiusmodi ratæ prędictæ ratio sit habenda. Nos huic rei euidentius atque expressius prouidere volentes, statuimus, vt qui horas omnes Canonicas vno vel pluribus diebus intermiserit, omnes beneficij seu beneficiorũ suorum fructus, qui illi vel illis diebus responderent, si quotidie diuiderentur: qui vero matutinum tantum, dimidiam: qui cæteras omnes horas, aliam dimidiam; qui harum singulas, sextam partem fructuum eiusdem diei amittat; tametsi aliquis choro addictus non recitás omnibus horis Canonicis, cum aliis pręsens adsit, fructusque, & distributiones fortè aliter assignatas, sola pæsentia iuxta statuta, consue

tudinem

tudinem, fundationem, vel alias sibi lucrifecisse prætendat: Is etiam preter fructuum & distributionum amissionem, Item ille qui primis sex mensibus officium non dixerit, nisi legitimum impedimentum ipsum excusauerit, graue peccatum intelligat admisisse. Declarãtes præstimonia, præstimoniales portiones, & qualiacunque alia beneficia, etiam nullũ omnino seruitium habentia obtinentes, cum prędictis pariter contineri. At quicunque pensionem, fructus, aut alias res ecclesiasticas vt clericus percipit, eum modo prædicto ad dicendum officium paruum Beatæ Mariæ Virginis decernimus obligatum, & pensionum, fructuum, rerumque ipsarum amissioni obnoxium. Nulli ergo &c. Datum Romæ, Apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ 1571. duodecimo Kal. Octob. Pontificatus nostri anno sexto.

Et vna cum præcedenti decreto referunt & declarant Nauar. in Manuali confes. c. 25. nu. 122. vsque 124. & auctor Cathechesis Neapol. lib. 4. fol. 250. vsque 264. super quibus multa notanda considerat. & adde ad notata per Docto. in c. 1. d. ti.

Reuocatio licentiarum, ac facultatum celebrandi missas vespertino tempore fol. 924. Sanctissimus. & est impressa in Syno. Neapol. fol. 238. Pij V.

Reuocatio licentiarum concessarum Græcis Latino, & Latinis Græco ritu missas, & alia diuina officia celebrandi folio 947. prouidentia, & est impressa in Synod. Neapol. fol. 239. eiusdem

eiusdem Super recitatione Breuiarij Romani ex decreto Concil. Trid. quod à nobis postulat fol. 1031. & est impressa in Breuiarijs.

eiusdem De officio B. Mariæ Virginis cum decretis & indulgentijs. f. 1111. superni, & est impressa in d. officio, & in concil. prouinc. Mediolan. 3. de impressione Brixiæ. fol. 114.

eiusdem Missalis Romani ex decreto Concil. Trid. restitutio approbatio. fol. 1099. quo primum, & est impressa in d. Missali.

Gre. xiij Calendarij nuper restituti pro festis celebrandis, diuinisque officijs recitandis approbatio, veterisq; calendarij abolitio fol. 1309. Inter grauissimas.

eiusdem De Martyrologio Romano restituto, & est impressa in d. martyr. incip. emendato.

Sixti 5. Constitutio renouationis pontificaliū cappellanum in basilicis, certisque alme vrbis ecclesijs dominicis Quadragesimæ, & Aduentus alijsque statis solemnibus diebus celebrādarum incip. Egregia Populi Romani pietas. hæc constitutio non est adhuc registrata in d. bullario, & eam mihi donauit integerrimus vir ac literarum scientia insignis Dominus Flaminius Torcella Vic. Neap. meritissimus.

De reliquijs, et veneratione Sanctorum.

Bonif. 9. De celebratione festi Visitationis B. Mariæ Virginis fol. 47. Superi benignitas.

Alex. 6. De Inuētione tituli Crucis Domini Nostri Iesu Christi. fol. 137. Admirabile.

Pauli 4. De festiuitate Cathedræ S. Petri Apost. Romæ singulis annis die 18. mensis Ianuarij sub

duplici

duplici officio ſolemniter vbique celebranda fol.626.ineffabilis. Idem Pontifex ſtatuit ꝙ feſtũ S. Dominici vbique celebretur die 4. Auguſti. fol. 616. Glorioſus. vbi conceſſit indulgentias viſitantibus ea die aliquam eccleſiam ordinis fratrum prædicatorum.

De celebratione feſtiuitatis Angelici Doctoris S. Thomæ de Aquino. fol. 977. Mirabilis Deus, & eſt impreſſa in ſyno. Neap. fol. 226. addè ad c.primum d. t. in 6. Pij 5.

Conſtitutio ne in popularibus concionibus diſputetur de Conceptioneglorioſę Dei Genitricis Mariæ, qua & innouat quæ de ſuper. per fe. re. Sixtum Papam 4. & Sacrum Tridẽtinum Concilium ſtatuta fuerunt. fol. 156. & 1100. ſuper ſpeculam, & vide d.concil.ſeſſ.5. & extrauag. com. primam et ſecundam d. tit. & Nauar. in manuali confeſſ. cap.27. nu.107. fol.476. eiuſdem

Conſtitutio ne Agnus Dei benedicti minio inficiantur, nec venales proponãtur fol.1197. omni, & eſt impreſſa in concil.prouin.Mediolanen.3.de impreſſione Brixię. fol.121. Gre. xiij

Prçceptũ de celebratione feſti B. Annę matris glorioſiſſimæ virginis Mariæ. fol. 1338. Sancta mater. eiuſdem

Prçceptũ de çelebratione feſti Prẹſentetionis B.Marię virginis.fol.1309. Intemeratæ. Sixti V.

Præceptum de celebratione feſti Sancti Frãciſci de Paula ordinis minimorum inſtitutoris. incip. In cęli throno.

Prçceptũ de celebratione feſti S.Antonij de Padua.incip.Immẽſa diuinę ſapiẽtię altitudo. eiuſdem

Prçceptum de celebratione feſti Sancti Nicolai eiuſdem

colai de Tolentino ord. Erem Sancti Augustini, & in kalendarium Romanum reponendi incip. Sancta Romana.

eiusdem De Sanctorum martyrum Ianuarij episcopi, & eiusdem sociorum officio ex præcepto S.D.N. Sixti Papę V. ab omnibus ecclesiasticis celebrando. incip. Pia sanctorum.

Hac occasione opere pretium esse duxi hic inserere sequentes literas Romæ repertas à bo. me. Cardinali Sirleto, & transmissas bon. me. Cardinali de Aretio Archiepiscopo Neapolitano.

Ioannes vigesimus secundus. Venerabili Fratri Archiepiscopo & dilectis filiis capitulo Neapolitano. Ecclesiam Neapolitanam ad quam dilectionis & deuotionis specialis affectum gerimus honorare volentes quendam pannum aureum, Imaginibus beati Ianuarij martyris cuius corpus in eadem requiescit ecclesia historiatum decenter, vt accepimus de pecunia nostra emptum quem dilectus filius Magister Raymundus de Saglis Canonicus Parisiensis cappellanus noster tunc in partib⁹ illis Apostolicę Sedis Nuncius penes dilectos filios mercatores societatis Bonacursorum de Florentia commorantes Neapoli quousq; nos de illo aliter ordinaremus deposuit conseruā dum, Memoratæ ecclesię ob diuinam, & eiusdem Sancti reuerētiam pro decore & ornatu ipsius ecclesiæ damus & concedimus de gratia speciali. Quocirca discretioni vestrę per Apostolica scripta mandamus quatenus pannum, quem per alias literas mercatoribus prę dictis directas vobis per eos assignari manda

mus,

mus, suscipientes deuotæ illum ordinetis, & disponatis in eadem ecclesia pro ornatu & decore huiusmodi perpetuo conseruandum. Datum decimo quinto Calendas Septembris anno quinto decimo Pontificatus nostri.

Preceptum de celebratione festi Sancti Petri Martyris ordinis prædicatorum incip. inuictorum. eiusdem

Propter clem. Vnicam d.ti. possent sub hac rub. inseri duæ constitutiones Martini V. fol. 63. ineffabile, & Eugenij 4. fol. 67. excellentissimum.

De immunitate ecclesiarum.

Contra deambulantes per ecclesias paupe- Pij V. res per eas mendicantes, ac alios in eis illicita facientes fol. 924. cum primum §. vt igitur, & est impres. in syno. Saler. fol. 427. & vide c. decet d.ti. in 6. & Concil. Trid. sess. 22. in decreto de obseruan. & euitan. in celebratione missæ §. ab ecclesiis.

De ecclesiis ædificandis vel reparandis.

De erectione collegij fabrice Sancti Petri Clem. 7. fol. 292. admonet & de materia fabrice vide multas constitutiones allegatas in d. Bullario fol. 1066.

LIBER QVARTVS.

De sponsalibus & matrimonio.

Pij V. ECLARATIO decreti Sacri Cõcil. Trid. super impedimento publicæ honestatis fol. 1018. ad Romanum & est impres. in fine d. Concil. & in Syno. Saler. fol, 408. & in fine concil. prouinc. Mediolanen. 4. & in Syno. Diocœsa. 4. de parua impressione & adde c. vnicum d. ti. in 6.

De cognatione spirituali.

Pij V. Declaratio decreti Concil. Trid. de cognatione spirituali inter maritum, vel vxorem suscipientis, & baptizatum baptizatique patrem & matrem, & quascumque alias personas tam ex parte suscipientis, quàm baptizantis, & baptizati f. 953. cũ illius vicem, & est impres. in fin. d. Concil. & in Syno. Saler. fol. 402. & in fine Concil. prouinc. Mediolanen. 4. in parua impressione.

eiusdem Declaratio super decretis Concil. Trid. de compaternitate & affinitate ex fornicatione, ac matrimoniis desuper contractis, & contrahendis ante & post confirmationem d. conc. fol. cum sanctissimus, & est impres. in fi. d. concil. & in Syno. Saler. fol. 405.

De consanguinitate & affi.

Clem. 7. Contra contrahentes matrimonia scienter in gradibus prohibitis fol. 292. quia plerum-

rumque,&vide Concil.Trid.seſſ.24.de refor. matri.c. 5.& clemen.vnicam, d.ti.

De non concedendis diſpenſationibus matrimonialibus in ſecundo fol. 589. ab ea ipſa die,& vide pręallegata. Pauli 4.

Conſtitutio perpetua quòd omnes gradus in diſpenſationibus matrimonialibus exprimantur fol.888. ſanctiſſimus. Pij 4.

Declaratio Regulę Pij 4. ſuper expreſſione gradus propinquioris in diſpẽſationibus matrimonialibus fol.952. ſanctiſſimus,& eſt impreſ.in fi.d.concil.& in Syno.Saler.fol. 406. Pij V.

De veritate exprimenda & c.in diſpenſationibus matrimonialibus, & alijs gratijs ſub pęna falſi fol. 957. Motu proprio, & eſt impreſ. in fin.d.concil.& in Syno.Saler.,fol. 401.& in concil.prouin.Mediolanẽ.4.de parua impreſ. in fine. & de cauſis diſpenſationis matrimonialis vide Abb.in c.quo circa d. ti. Feli. in c. nihil.de præſcrip. ac Nauar. in Manuali conf.c.22.nu.87. eiuſdem

Declaratio decreti Concil.Trid.de impedimento affinitatis ex fornicatione proueniente fol.954.ad Romanum,& eſt impreſ. in fine d.concil.& in Syno.Saler.fol, & Neap.f. eiuſdem

LIBER QVINTVS.

De Simonia.



CONTRA quoſcũq; eccleſias,& beneficia eccleſiaſtica,quæcũq; in cõfidentiã retinẽtes, ſeu recipientes fol. 820. Romanũ, & eſt impreſſa in fine Concil.Trid.& in Syno.Neap. fol.245. Pij 4.

Contra

Pij V. Contra cõmictentes simoniam fol. 924. cũ primum §. & vt simoniace, & est impressa in Syno. Saler. fol. 425. & in Cathechasi Neap. lib. 5. c. 9. fol. 315. vbi de simonaica prauitate à c. 4. vsque 13. multa notanda inuenies, & constitutionem Pauli 2. allegatam à Pio V. habes in extrauag. com. d. ti. incip. cum detestabile.

eiusdem De confidentijs beneficialibus, earumque casibus præsumptionibus, & probationibus cum relaxatione cognitionis causarum præter quam pendentium, itemque futurarum, de collatoribus episcopis & superioribus, beneficijsque consistorialibus fol. 1051. Intolerabilis, & est impressa in Syn. Saler. fol. 440. & in concil. prouinciali Mediolan. de impres. Brixię fol. 128. & in Manuali confes. Nauar. c. 23. de simonia nu. 110. fol. 380.

eiusdem Reuocatio priuilegiorum, cõsuetudinum, & statutorum præstandi, seu recipiendi fructus, distributiones, seu dulciaria fol. 1080.

Durum nimis, & incõmodum arbitramur, quod Ecclesiarũm ministri ijs quæ ad ipsorũ sustentationem suppeditant dispendia patiantur. Quocirca cum hanc ad rem, simulq; prohibendam ab Ecclesia Dei auaritię prauitaté, editas ante hac sanctiones minimè satis esse intelligimus, nouæ cõstitutionis subsidio cogimur prouidere. Cum itaq; alias ex pluriũ Ecclesiarum Cathedralium, & Collegiatarũ constitutionibus, aut ex praua consuetudine obseruari intelligeretur, vt in electione, præsentatione, nominatione, institutione, confirmatione, collatioue, vel alia prouisione, siue admissione ad possessionem alicuius Cathe-

thedralis Ecclesię, vel beneficij, canonicatuũ, aut præbendarum, vel partem prouentuum, seù ad distributiones quotidianas certę conditiones, seu deductiones ex fructibus, solutiones, promissiones, compensationesve illicitæ, aut etiam quæ in aliquibus Ecclesiis dicuntur turnorum lucra, interponerentur, licet sancta Synodus Tridentina hæc detestanda mandauerit episcopis, vt quęcunque huiusmodi in vsus pios non conuerterentur, atq. ingressus eos qui simoniacæ labis, aut sordidæ auaritiæ suspicionem haberent, fieri non permitterẽt. Ipsiq; diligenter de eorum constitutionibus, siue consuetudinibus super prędictis cognoscerent, & illis tantum quas probarent exceptis, reliquas vt prauas & scandalosas reijcerent. Eos vero qui aduersus prædicta quauis ratione commisissent, pœnis cõtra simoniacos editis teneri decreuerit. Multorum tamen indomita cupiditate tam prędicta, quàm alia ad beneficium, & commodum ipsorum ministrorum edita, aut omnino contemnuntur, aut in varios sensus traducta perperam eluduntur. Quare nos pro diuini cultus exercitio, simulque euocatorum ad illum auxilio plenius, eui dentiusq. cõsulendum fore rati, Reuocamus & abolemus omnia & quęcunque priuilegia, consuetudines, & statuta quarumcunq; Ecclesiarum Cathedralium & Metropolitanarum, ac maiorum, necnon collegiatarum, etiam iuramento, confirmatione apostolica, aut alio quouis pręsidio munita, ac etiam supra hominum memoriam, & longissimo ac quantocunque tempore etiam continuo obseruata, siue

pro

pro perſoluendis Eccleſiarum, vel Prælatorũ debitis, ſiue pro ſupportandis illorum oneribus, ſiue alijs etiam maioribus, maximis, & vrgentiſſimis cauſis conceſſa, & approbata, ac etiam multiplicatis vicibus innouata, extenſa, & moderata, quod vacantibus ipſarũ Eccleſiarum dignitatibus, Canonicatibus, præbendis, portionibus, beneficijs, & officijs, fructus, ac etiã quotidianæ diſtributiones ex eis Primo ab ipſa vacatione Anno, aut longiore, vel etiam breuiore tempore pronenturi, Mẽſæ Epiſcopali, ſeu Capitulari, alioúe loco integre, vel partim remaneant, ſeu applicẽtur; aut in communes vſus cedant, ſeu inter alios canonicos, & perſonas Eccleſię, ſeu Capituli diuidantur. Quodq; nullus etiam apoſtolica auctoritate prouiſus in canonicum recipi, aut ad dignitatem, ſeu portionem, beneficium, vel officium admitti, vel alias in eius poſſeſſionem indnci poſſit, niſi prius de obſeruandis huiuſmodi priuilegijs, conſuetudinibus, & ſtatutis iuramentum præſtiterit, & obtentę illorum ſterogationi, ac fructuum & diſtributionum perceptioni renunciauerit, ſeu Capitulo, & perſonis prædictis ceſſerit, ſeu (vt appellant) dulciaria, aut quid aliud pręſtiterit: Quorum omnium tenores cauſas, & affectus habemus pręſentibus pro expreſſis, quibuſcũque illa concepta ſint formulis, nec non irritantibus, & alijs decretis roborata, Volentes ea omnia vires & effectum de cetero non habere. Precipimus igitur & interdicimus omnibus Epiſcopis, Capitulis Collegijs, & perſonis ad quos id pertinet, ne poſthac fructus,

aut

aut distributiones huiusmodi, nec prorsus vllam eorum partem retineant, neue ipsorum cessionem, vel renunciationē, aut dulciaria, vel alia quomodocunq; petant, vel exigant, aut quemquam siue ordinaria, siue apostolica auctoritate prouisum, ad pręstandum huiusmodi iuramentum inducant, aut illi prędicta non facienti possessionem impediāt, vel remorentur. Quicunq; contrafecerint, si Ecclesiarum Antistes, tā diu à Pontificalis officij exercitio sint suspensi, donec satisfactione præuia illis per sedem Apostolicam suspensio relaxetur Capitula vero, & collegia quęcunq; ecclesiastico subiaceāt interdicto, ac singulares personę in excommunicationis sentētiam incurrant, A qua, nisi in mortis articulo constituti, ab alio quam à Ro. Pont. absolutionis beneficium nequeant obtinere. Decernentes huiusmodi pręstita iuramenta non tenere, nec quēquā illis obligari, quinimo iurantes in huiusmodi censuram incidere, necnon irritum, & inane qcquid secus super his per quoscunque scienter, vel ignorāter contigerit attentari. Et nihilominus statuimus, vt vbicunque huiusmodi fructus, & distributiones fabricę, vel sacristæ, aut alterius pij loci vsibus vltra semestre tempus reperiuntur concessi horum duntaxat dimidia pars ipsi sacristię, vel fabricæ, aut pio loco deinceps tribuatur, alteram vero beneficiati prædicti integre percipiant. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis contrarijs quibuscunque, Aut si aliquibus communicari nō possint per litteras Apostolicas non facientes plenam, &

expressam,

expressam.ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Decreto prędictę synodi, ac etiam constitutione fe. re. Ioannis Papę xxij. quę incipit, *Suscepti*, & aliis iuribus hac de re disponentibus nihilominus alias in suo robore duraturis. Cęterum per prędicta non intendimus illis pręiudicare Capitulis, Collegiis, mensis, aut personis fructus & distributionis inter vacationem beneficiorum, & eorum collationem, siue possessionis apprehensionem prouenientes ex statuto, consuetudine, vel priuilegio huiusmodi percipientibus, vel retinentibus, quo minus ipsi illos interim vt antea, exigere valeant & habere. Postremo volumus. vt præsentium exempla etiam impressa, Notarij publici manu, & Pręlati ecclesiastici, eiusve Curię sigillo obsignata eandem illam prorsus fidem vbique locorum in iudicio & extra illud faciant, quam facerent ipsęmet pręsentes, si essent exhibite, vel ostense. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrę reuocationis, abolitionis, prę cepti, interdicti, decreti, statuti, intentionis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attētare pręsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romę apud Sāctum Petrum, anno incarnationis dominicę Millesimo quingentesimo septuagesimo, pridie Kal. Iulij. Pōtificatus nostri anno quinto.

Et vide c. veniens, & c. Iacobus d. ti. & extrauag. com. Vrbani 4. d. ti. & Concil. Trid. sess. 24. de refor. generali. c. 14. & adde ad extrauagan.

gan.com. vnicam ne sede vacã. quę est eadem cum extrauag.Ioan.22. de electio. sub quo titulo posset etiam ista constitutio situari. quæ reperitur insuper impressa in fine concil. prouinc,Mediolan. V.

De Magistris.

DEcretum obseruãdum à magistris, & pręceptoribus scolariũ fol.194.sacro &infra cũ omnis ętas ab adolescentia prona sit ad malum & à teneris assuefieri ad bonum, magni sit operis & affectus, statuimus & ordinamus, vt magistri scolarium,& pręceptores, pueros suos siue adolescẽtes nedum in grammatica, & rethorica,ac ceteris huiusmodi erudire, & instruere debeant, verum etiam docere teneãtur ea, quę ad religionem pertinent vt sunt præcepta diuina, articuli fidei, sacri Hymni, & Psalmi,ac sanctorum vitę,diebusq; festiuis nihil aliud eos docere possint, quam iń rebus ad religionem & bonos mores pertinen.eosq. in illis instruere & hortari, & cogere in quantum possunt teneantur, & nedum missas, sed etiam ad vesperas, diuinaque officia audienda,ad ecclesias accedant,& similiter ad prædicationes & sermones audiendos impellant, nihilque cõtra bonos mores, aut quod ad impietatem inducat eis legere possint. Leonis x in conc. Later.

De Iudæis, & Saracenis.

QVòd Iudæi, cæterique infideles ad agnitionem catholicę fidei venientes bona Pauli 3.

patri-

patrimonalia, maternaliaque, & omnia eorũ consuetudine acquisita, seu quæ verum domi nium habere non reminiscuntur etiam viuis, & inuitis parentibus habere tenere, & posside re valeant fol.415. cupientes, & est impressa in fine concil. prouinc. Mediolan. V. in parua im pressione. & vide c. Iudęi el 2. d. ti. & extrauag. com. Io. 22. incip. dignum. d. ti. & de materia Iudæorũ vide consti. allegatas in d. Bull. f. 415.

De hæreticis.

Pauli 4. Contra hęreticos & Scismaticos fol. 464. cum ex Apostolatus.

Pij 4. Approbatio indicis librorum prohibitorũ cum regulis confectis per patres à Trid. Syn. delectos fol. 803. & est impressa in fi. d. Conc. & adde ad c. Fraternitatis d. ti. & vide bullam in Cena Domini in primo capite.

Pij V. Reseruatio beneficiorum, & de beneficijs propter hæresim seu certo modo vacantibus fol. 968. cum ex Apostolatus.

Gre. xiij Decretũm de nullitate omnium dispositio num beneficialium, quæ fiunt personis prohi bitis propter genus, seu heresim, aut à fide a postosiam contra sanctiones, statuta vel priui legia fol. 1297. in ecclesiis.

Alias constitutiones ad hunc titulum perti nentes habes in Directorio inquisitorum nu per Romæ impresso cum additionibus Domi ni Francisci Pegnæ, quæ etiã habentur in alio libro separato sic inscripto literæ Apostolicæ diuersorum Ro. Pont. pro officio sanctissimæ Inquisitionis ab Innoc. 3. Pont. Max. vsque ad hæc tẽpora et Romæ impresso de anno 1579.

De

De Apostatis.

QVod vtriusque sexus apostatę ad regularia loca redire, & superiores illos recipere teneantur, nec de cetero tam facilis pateat exitus fol. 565. cum sicut, & vide c. fin. supra de regula. & ad illud vide S. Ant. in 3. par. sum. titu. 16. c. 5. fol. 290. Angel. in verbo religiosus nu. 42. Armilla in verbo religio. compendium religio. mendi. in verbo apostata num. 2. & 11. & in verbo eicere, & priuileg. minimorum folio 211. & Nauar. in cap. non dicatis num. 68. 12. quæst. 1. & in cap. nullam nu. 46. 18. quęst. 2. & adde ad c. pen. & fin. de aposta. & contra apostatas adest constitutio Pij 4. folio 654. incip. Sedis Apostolicę per quam moderatur constitutio Pauli 4. fol. 609. incip. postquam diuina bonitas, nouissime autem Sanctissimus D. N. Sixtus V. deputauit & facultates concessit tribus Illustrissimis Dominis Cardinalibus causas religiosorum extra claustra degentium cognoscendi & desuper prouidendi fol. 1389. incip. cum primum. Iul. 3.

De torneamentis, & pugnantibus in duello.

COntra pugnantes in duello, & dominos, & quouis alios dantes eis campum eisque auxilium præstantes duelloque interessentes cum insertione literarum Iulij 2. & multarum pœnarum adiectione folio 232. Quam Deo. Leo. 2.

Clem.7. Contra pugnantes in duello, & dantes eis auxilium, & fauorem fol.298. consueuit.

Pij 4. Confirmatio constitutionum prædecessorũ Pontificum super prohibitione duellorum fol. 686. ea quę.

Pij V. Prohibitio agitationis taurorum, & ferarum & annullatio votorum, & iuramentorũ super eisdem fol.1000.de salute.

Gre.xiij Constitutio qua Concil. Trid. pœnis subijciuntur duellum priuatim committentes, locum dantes, ac etiam suadentes auxiliantes, & spectantes fol. 1319. ad tollendum, & vide Concil. Trid. sess. 25. c. 19. de refor. & de prohibitione duellorum habes alias constitutiones Iulij 2. fol. 155. Regis & Iulij 3. f. 558. cũ sicut.

De Furtis.

Sixti 4. Contra subtrahentes lapides porphyreos, & alia ornamenta ex ecclesiis, eorumq; fauctores &c. fol.97. cum prouida.

Gre.xiij Contra diripientes in statu ecclesiastico animalia, & alia bona, ac illa ementes, per mutantes, recipientes &c. fol. 1361. non sine: & nota quòd episcopi status ecclesiastici, & Regni Neap. ac ducatus Hetruriæ, Ferrarię & Vrbini tenentur facere publicari.

De Vsuris.

Leo x. Montes Pietatis licitos esse, & contrarium prędicantes excommunicationis latæ sententiæ pœnam incurrere declarat fol. 189. Inter multiplices & infra. Sacro approbante concilio declaramus, & diffinimus montes pietatis ante dictos per respublicas institutos,

&

& auctoritate Sedis Apostolicę hacten' probatos,& confirmatos; in quibus pro eorum impensis,& indemnitate aliquid moderatum,ad solas ministrorum impensas, & aliarum rerũ ad illorum conseruationem (vt præfertur) pertinentium, pro eorum indemnitate duntaxat vltra sortem absque lucro eorundem montium,recipitur,neque speciem mali pręferre, nec peccandi incentiuum pręstare, neque vllo pacto improbari, quinimo meritorium esse, ac laudari & probari debere,tale mutuum minime vsurarium putari, licereq; illorum pietatem, & misericordiam populis prędicare etiam cum indulgentiis à Sancta Sede Apostolica eam ob causam concessis. Ac deinceps alios etiam similes montes cum Apostolicę Sedis approbatione erigi posse. Multo tamen perfectius,multoq; sanctius fore si omnino tãles montes gratuiti constituerentur,hoc est,si illos erigentes,aliquos census assignarent,quibus si non omni, saltem vel media ex parte, huiusmodi montium ministrorum soluerentur impensę, vt ad leuiorem ęris soluendi portionem,medio hoc, pauperes grauari contingat, ad quos cum huiusmodi census assignatione, pro impensarum supportatione erigendos,Christi fideles maioribus indulgentiis inuitandos esse decernimus. Omnes autem religiosos,& ecclesiasticas, ac seculares personas, qui contra præsentis declarationis,& sanctionis formam decętero prędicare,seu disputare verbo vel scriptis ausi fuerint, excommunicationis latæ sententiæ pœnam priuilegio quocumque non obstante incurrere volumus.

Non obstantibus &c. Datum Romæ in publi ca sessione in Lateranen. Sacrosancta Basilica solemniter celebrata anno incarnationis dominicę 1515. quarto noni Maij Pontif. nostri anno tertio.

Et quoniam Nauar.in Manua.confes. c.17. nu.213.& Io.Lup.in repeti.c. nauiganti. commentario 3.§.3.de vsuris fol. 117. & alij hanc constitutionē declarāt dum tractant materiā de vsuris,ideo sub hoc titulo inserendā cēsui.

Pij V. Super exercendis cambiis fol. 1154. in eam; quam refert & declarat Nauar. in d. cap. 17. in fine.

De crimine falsi.

Inno. 8. Contra asserentes in literis Apostolicis se esse tales non sunt vt literarum expeditionem gratis consequātur fol. 113.cum sicut non sine. & vide aliam constitutionem Leonis x. fol. 226.in hęrendo.

Pauli 4. Contra eos qui vt beneficia impetrent seipsos pro aliis in examine supponunt &c. fol. 614. Inter cęteras.

De sortilegijs.

Leo. x. IN Concilio Lateranen. sub rub. de generali clericorum & laicorum ac Romanę Curiæ reformatione fol. 195. supernę & infra. & cū secundū leges ciuiles & sacrorum canonū censuras sortilegia per inuocationē demonū incantationes, ac diuinationes superstitiones prohibitæ sint, statuimus decernimus & ordinamus,

namus, vt clerici qui in pręmissis culpabiles inuenti fuerint, arbitrio superiorum infamia notentur, si vero non destiterint deponantur, atque in monasterium ad tempus arbitrio superioris præfinendum detrudantur, beneficiisq; & officiis ecclesiasticis priuentur. Laici vero vtriusq; sexus excõicationis, & aliis pęnis iuris tã ciuilis quàm canonici subiaceãt.

Contra exercentes Astrologiæ Iudiciariæ Artem, & alia quæcumq; diuinationũ genera, librosq; de eis legentes ac tenentes. incipien. Cœli & terrę creator Deus & infra. Hac perpetuo valitura constitutione & Apostolica auctoritate statuimus & mandamus, vt tam cõtra Astrologos, Mathematicos, & alios quoscũque dictæ Iudiciariæ Astrologiæ arté, præterquã circa agriculturã, nauigationẽ, & rẽ medicã in posterũ exercentes, aut facientes iudicia & natiuitates hominũ quibus de futuris contingẽtibus successibus, fortuitisq; casibus, aut actionibus, ex humana voluntate pẽdentibus aliquid euenturũ affirmare audent, etiã si id se non certo affirmare asserant, aut protestentur, quã contra alios vtriusq; sexus, qui supradictas damnatas, vanas fallaces, & perniciosas diuinandi artes, siue scientias exercent, profitentur, & docẽt aut discunt quiue huiusmodi illicitas diuinationes, sortilegia, superstitióes, veneficia, incãtationes, ac pmissa detestãda scelera, & delicta vt prefert faciunt, aut in eis se quolibet intromictũt cuiuscũq; dignitatis gradus & cõditionis existãt tã epi, & plati superiores, ac alij ordinarij locorũ quã inquisitores hæreticæ prauitatis vbiq; gentiũ deputati eiũ Sixti 5.

si in plerisque ex his casibus antea non procedebant, aut procedere non valebant diligentius inquirant, & procedant, atque in eos Seuerius Canonicis pœnis & aliis eorum arbitrio animaduertant. Prohibentes omnes, & singulos libros, opera & tractatus huiusmodi Iudiciariç Astrologię, Geomantię, Hydromātiæ, Aeromantiæ, Pyromantiæ, Onomantiæ, Chyromantię Necromantię, artis Magicę aut in quibus sortiegia veneficia, auguria, auspicia, execrabiles incantationes, ac superstitiones continentur, ac vt supra in memorato iudice interdictos sub censuris & pœnis in eo contentis à quibuscumque Christi fidelibus legi, aut quomodolibet retineri, sed illos episcopis & ordinariis locorum vel inquisitoribus prædictis pręsentari, & consignari debere; & nihilominus eadem auctoritate statuimus, & mandamus, vt contra scienter legentes, aut retinentes libros, & scripta huiusmodi seu in quibus talia cōtinetur; similiter ijdē inquisitores libere & licite procedant, ac procedere, & pœnis condignis punire & coercere possint non obstantibus &c. Et insuper vniuersis & singulis venerabilibus fratribus nostris Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopus, episcopis locorum ordinariis, & prælatis, nec non inquisitoribus hæreticæ prauitatis vbilibet constitutis per hæc committimus & in virtute sanctę obedientiæ districte pręcipiendo mandamus, vt per semel alium, seu alios easdem præsentes literas, postquam eas receperint, seu earum notitiam habuerint in suis & singulis parochialibus ecclesiis dominicis populi

puli multitudo ad diuina conuenerit, deinde vero semel in anno, & quoties eis expedire videbitur vulgari sermone publicent aut publicari faciant; Quia vero &c. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis dominicę 1585. Nonis Ianuarij Pontificatus nostri anno primo. Quæ deinde fuit vulgarizata, & Romę impressa, & adde ad indicem librorum prohibitorum in reg. 9.

Hæc constitutio nondum est registrata in d. Bullario, & eam mihi donauit nunquam satis laudatus vir Dominus Comes Honofrius de Porta olim Vicarius Neap.

De maledicis.

Contra blasphemos habes Leonis x. decretum in Concil. Later. fol. 194. supernę, §. ad aboleadam. quod decretum refert & innouat Pius V. fol. 919. cum primum §. ad abolendam. & est impres. in Syno. Saler. fol. 424. aderat etiam edictum Iulij 3. fol. 545. in multis. Pij V.

De excessibus prælatorum & subditorum.

Contra grauamina prælatorum in fauorē ordinum mendicantium fol. 982. & si mendicantium. & adde ad c. nimis cum sequen. d. ti. de exces. prælat. & vide quæ dicam infra in titulo de priuileg. Pij V.

Constitutio de priuatione clericorum propter incontinentiam, & eorum traditione brachio seculari fol. 1028. horrendum quam re-

fert & declarat Nauar. in Manuali confeſ. c. 27. nu. 249. & diſpoſita in Concil. Lateran. habes in bullis Leonis x. fol. 194. ſupernę. §. vt clerici. & alteram Pij V. conſtitutionem folio 926. cum primum §. ſi quis crimen. & eſt impreſ. in Syno. Saler. fol. & adde ad c. clerici exceſ. prela.

De Priuilegijs.

Leonis x. MOderatio priuilegiorum per Sedem Apoſtolicam fratribus mendicantibus & alijs religioſis conceſſorum folio 217. Dum intra mentis àrcana, & infra.

c. per exẽptionẽ d. priuil. in 6. Cõcil. Triden. ſeſſ. 25. d. regula. c. 11. Sacro approbante Concilio, ſtatuimus, & ordinamus, quòd Epiſcopi, & eorum ſuperiores & alij Prælati pręfati, parrochiales ad eoſdẽ Fratres ratione locorum ſuorum legitime ſpectantes, quo ad ea, quæ ad patrochianorum curam, & ſacramentorum conſeruationem, adminiſtrationemq; pertinent, ſine tamen viſitatorum inſolito grauamine, vel impenſa viſitare, & illarum curam gerentes, & circa illã delinquentes; ſi Religioſi fuerint iuxta ipſius ordinis regularia inſtituta, intra ſepta regularis loci. Sęculares vero presbyteros, & Fratres huiuſmodi beneficia obtinentes, libere tanq̃ ſuæ iuriſdictioni ſubiectos punire, qui vinculo excommunicationis ligati non fuerint, miſſas in eccleſiis domorum eorundem, deuotionis cauſa, celebrare volentes; libẽter recipere debeant, ac ab eiſdẽ Prælatis ad proceſſiones ſolemnes pro tempore faciendas requiſiti, (dummodo eorum loca ſuburbana vltra vnũ miliare

Cõc. Tri d. n. ſeſſ. 25. de regul. c. 14.

miliare à ciuitatib⁹ respectiue non sint remo ta) accedere. Necnon superiores eorundē Fratrum, Fratres, quos ad audiendas cōfessiones subditorum eorundem Prælatorum pro tempore elegerint, eisdē Prelatis personaliter exhibere, ac præsentare, si eos sibi exhiberi, & præsentari petierint, alioquin eorum Vicariis (dū modo ad Prælatos vltra duas dietas accedere non cogantur) omnino teneantur. Possintque illi per eosdem Episcopos, & Prælatos super sufficienti literatura, & aliqua saltem huiusmodi Sacramenti peritia duntaxat examinari. Talibus præsentatis admissis, vel etiam indebite recusatis, confitentes, constitutioni, quæ incipit, Omnis vtriusque sexus, quo ad confessionem duntaxat satisfecisse censeantur. Ipsique Fratres, etiam forensium, confessiones audire valeant, laicos tamen & clericos seculares à sententiis ab homine latis nullatenus absoluere possint. Eucharistiæ vero, & extreme vnctionis, aliaque ecclesiastica sacramēta illis quorum etiam infirmorum, ac decedētium confessiones audierint, dicentibus proprium sacerdotem illa sibi dare denegasse, dare nequeant, nisi denegatio sine legitima causa facta, vicinorum testimonio probata, aut requisitio coram notario publico facta doceretur. Eorundē vero Fratrū obsequio insistentibus sacramenta huiusmodi nullatenus ministrare valeant, nisi illorū durante obsequio. Pacta autē, & cōuentiones inter eosdē Fratres & Prælatos, atque curatos pro tēpore inita valeant, nisi per subsequ ētū Capitulū proximū gñra.e, vel puinciali refutata, p eos refutātio

clem. dudū de sepul. & vide conc. Trid. ses. 23. de refor. c. 15.

clemē. 1. de priuileg.

huius.

huiuſmodi intimata debito tempore fuerint. Parrochias autem cum Cruce ad leuanda funera eorum, qui apud eccleſias domorum, & locorum eorundem ſuam elegerint ſepulturã intrare non poſſint, niſi prius præmonito, & requiſito, ac recuſante parrochiano presbytero, & tunc ſine eius, ac Ordinarij præiudicio, niſi ei ſdem Fratribus ſuper hoc antiqua conſuetudo, quę ſit in viridi obſeruantia, & cum pacifica poſſeſſione ſuffragetur. Volentes quoque ſepelliri in habitu eorundem Fratrum in clauſtro non degentes, ſed in propriis domib' habitantes, in eorum vltima voluntate ſepulturam ſibi eligere poſsint. Quodque Fratres ipſi ad ordines promouendi, per Ordinarios de grammatica, & ſufficientia examinari, & dummodo competenter reſpondeant, per eoſdem Ordinarios libere admitti, ac nullaten' in eorum eccleſiis, ſeu domibus, aut aliis eorũ locis ab alio quàm à diœceſano Epiſcopo, vel eius vicario, ſuper hoc cum debita reuerentia requiſito, & abſque rationabili cauſa contradicente, vel eo à diœceſi abſente, ad dictos ordines promoueri debeant. Nec ab alieno Epiſcopo conſecrationem eccleſiæ, vel altaris, aut cimiterij benedictionem petere, ſeu in eccleſiis per eos pro tempore ędificandis primum lapidem per alienum Epiſcopum poni facere poſſint, niſi vbi Ordinarius bis, aut ter cum debitis reuerentia, & inſtantia requiſitus, ſine legitima cauſa id recuſauerit, & abſque curatorũ conſenſu ſponſum, & ſponſam benedicere nequeant. Et vt debitus honor matrici eccleſiæ reddatur, tam ipſi Fratres, quàm alij clerici ſæ-

Cõc. Triden. ſeſſ. 23. de refor. c. 12.

Cõc. Triden. ſeſſ. 24. de refor. mat. c. 1.

culares,

culares, etiam super hoc Apostolicæ sedis priuilegio muniti die Sabbati maioris hebdomadæ, antequam campana cathedralis, vel matricis ecclesię pulsauerit, campanas in ecclesiis suis pulsare minime possint, contrafacientes pœnam centum ducatorum incurrāt. Censuras autem per eosdem Ordinarios latas & promulgatas, ac in matrici ecclesia ciuitatum, necnon in collegiatis, & parrochialibus ecclesiis, castrorum, & oppidorum respectiue solemniter publicatas, quando super hoc ab eisdem Ordinarijs requisiti fuerint, in ecclesiis domorum suarum publicare, ac seruare. Et vt animarum vtriusque sexus Christifidelium saluti vberius consulatur, illos quorum confessiones pro tempore audierint, cuiuscumque status, & conditionis fuerint ad soluendū decimas, siue aliam bonorum, seu fructuum quotanni, in locis in quibus decimæ ipsæ, aut similia solui consueuerunt, etiam sub onere conscientiarum suarum monere, & hortari, ipsisque etiam illas soluere recusantibus absolutionem denegare, & super hoc requisiti, id populo etiam publice prędicare, & persuadere teneantur. Conseruatores autem eisdem Fratribus pro tēpore à sede Apostolica deputandi doctrina, & probitate pręstantes, & in ecclesiastica dignitate constituti esse debeant, & coram eis per eosdem Fratres, quibus dati fuerint, vltra duas dietas à loco suę solitæ habitationis nullus trahi possit, priuilegiis super hoc aliàs eis cōcessis nullatenus suffragātibus. Excommunicati quoque ordinem Mendicantium profiteri volentes, vbi de interesse

Cle. 1. de sen. exc. Cōc. Triden. sess. 25. de regu. c. 12.

c. 1. ð deci. in 6. clem. cū piëces de penis. cō cil. trid. ses. 25. ð refor. c. 12.

De cōseruatoribus vi de c. 1. & fi. de off. deleg. & Cōc. Triden. sess. 14. de refor. c. 5.

tertij ageretur absolui non possint, nisi prævia satisfactione. Procuratores quoque, & negotiorum gestores, ac operarij eorundem Fratrum seruitiis insistentes sententiis excommunicationis promulgatis, illaqueati sint, & esse censeantur, si illis causam dederint: aut dantibus, consilium, auxilium, vel fauorem præstiterint. Fratres autem, & Sorores Tertij ordinis, necnon Mantellati, Corrigiati, Pizocharæ, Cordellari, & alij quocunque nomine nuncupati, in propriis domibus habitantes, sepulturam vbi voluerint eligere valeant. Sed die Paschatis tantum Euchareſtiam, necnon extremam vnctionem, cæteraque ecclesiastica sacramenta (pœnitentiæ sacramento duntaxat excepto) à proprio sacerdote recipere, & ad onera, quæ laicis incumbunt, præferenda teneantur, ac in foro sæculari coram iudicib^9 sæcularibus conueniri possint. Et ne censura vilescat ecclesiastico, & minoris auctoritatis interdicti sentẽtia reputetur, ijdem dicti Tertij ordinis ad diuina audienda in ecclesiis suorum ordinum tempore interdicti nullatenus admittantur, si causam dederint interdicto, vel causam ipsam nutriant, seu foueant, aut dantibus auxilium, consilium, vel fauorem quoquo modo prestiterint. Collegialiter autem viuentes, seu cum Claustralibus habitantes, ac mulieres virginalem, seu cęlibem, aut castam vidualem, expresso voto, & sub dicto habitu vitam ducentes, priuilegiis, quibus fratres ord. cuius tertiæ regulę habitũ gestant, gaudere debeant. Omnia etiam singula supra dicta ad reliquos Religiosos ordinum quo-

c. cũ plã tare §. fi. & ibi gl. in verbo nullatenus c. vt priuilegia & c. quidã de priuil. & cle. 1. §. fi. d. ti.

Cõc. Triden. sess. 24. de refor. c. 11.

clem. cũ ex eo de sen. exc.

quorumcunque extendi, & per eos etiam seruari debere volumus, atque decernimus. Saluis tamen in reliquis desuper non expressis, tam Episcoporum, quàm Fratrum, & aliorum Religiosorum prædictorum iuribus, quibus per præmissa in aliquo præiudicare, seu quicquam innouare non intendimus. Non obstā. constitutionibus, & ordinationib. Apostolicis, ac statutis, & consuetudinibus dictorum ordinum, iuramento confirmatione Apost. vel quauis firmitate alia roboratis, priuilegiis quoq; & indultis, ac literis Apost. &c. Datum Romę in publica sessione in Lateranensi sacrosancta Basilica solemniter celebrata, anno incarnationis Dominicæ M D X V I. Decimanona Decembris. Pontificatus nostri Anno Quarto.

An autem Fratres & sorores de tertio ordine Sancti Francisci gaudeant priuilegio clericali in persona & in rebus vide Card. Zaba. in clem. cum ex eo de sen. excom. vbi glo. declarat qui sint de tertio ordine & in clem. 1. de relig. domib. & capi. decis. 115.

Vt nullus ad quem facultas prædicādi quomodolibet ptinet ad huiusmodi officiū exercēdū admittatur nisi prius de examine, & idoneatate sua per literas sui superioris loci ordinario fidem fecerit, Itēq; ab his qui onus prædicandi subtinent obseruari, & vitari debent f. 205. supernę & vide Conc. Trid. sess. 5. de refor. generali c. 4. glo. in c. quam sit in verbo habita de Iudæis, & hæc constitutio pōt situari sub hoc titulo quia officiū pdicationis priuilegiatū est c. quod Dei timorem de statu mona. Ejusdē ī eodē Cōcil. Late.

Contra

eiusdem Contra exemptos vt ordinarijs subiecti sint, & quod causæ ad forum ecclesiasticum spectantes in prima instantia coram ipsis locorũ ordinarijs cognoscãtur. f. 187. Regiminis vide c. 1. de priuileg. in 6. & Concil. Trident, sess. 7. de refor. c. 14. & sess. 24. de refor. generali c. 11. & 20. & quando priuilegium non extendatur contra ordinarium est. tex. in c. nec aliqui d. tit. de priuileg. in 6. & quando ex verbis priuilegiorum potest discerni si ordinariorum iurisdictione sit derogatum vide c. si Papa eo. ti. in 6. iurisdictio enim ordinariorum est fundata de iure communi c. cũ personæ d. ti. in 6. super omnes de diocœsi exceptis exemptis c. sane, & ibi glo. & in c. sicut vnire de excess. prælato. & ordinarius de iure dicitur episcopus glo. in c. quamquam de vsuris in 6. iverbo loc. ordinario, & proprie sedis Apostolicæ est eximere glo. in d. c. 1. in verbo exemptionis de priuileg. in 6. & exempti in multis casibus iurisdictioni episcoporum de iure subijciuntur vt no. glo. in c. 1. de priuile. in 6. in verbo instituta, & in Clem. fin. in verbo punire de peni. & remiss. & quoad regularium subiectionem vide quid fuit dispositum per Concil. Trid. sess. 6. de refor. c. 3. & sess. 7. de refor. c. 14. & sess. 25. de regula. c. 4. §. nec liceat, & c. 14. & de facultatibus concessis episcopis resi dentibus contra exemptos vide cõstit. Pij 4. de resid̃etia incip. de salute. f. 678.

Pij 4. Græci quãuis exempti subiiciuntur iurisdictioni ordinariorũ circa ea, q̃ Dei cultũ Sacramentorũ administrationẽ, animarumq; salutem, & hæresum extirpationẽ cõcernũt f. 801.

Ro.

Ro.Pon.& est impres. in syn. Neap.fol.247.& vide c. per exemptionem de priuileg. in 6. & cum cappella eo.ti. in antiquis.c.ad abolēdam in fi. de hereti.Conc. Trid.sess.5.de refor.c.2. sess.21. de refor.c.8. & sess. 7. de refor. c.14. & sess. 24. de refor. c. 11. & quod græci de iure communi sint subiecti episcopo latino loci ordinatio est tex. in c. quod translationem de temp.ordi. facit tex. in c. quoniam de off. ordi. & quod sacerdotes græci vtūtur legitimo matrimonio contracto in laicali habitu; vel dum erant in minoribus c.cum olim de cleri. coniuga.& c.quæsitum de pœni. & remis. & ibi glo.Item super vnione græcorum ad S.Ro. Ecclesiam cum diffinitione nonnullorum articulorum de quibus latina siue occidentalis; necnon greca siue orientalis ecclesię inuicem dissentiebant vide Eugenij 4. constitutionem in concilio generali Florentino editam de anno 1439. incip. Lætentur cæli. fol. 68. cuius summarium habetur in concilio prouinciali Neap. c.41.fol.74. ad defensionem quorum articulorum in d. concilio Florentino diffinitorum scripsit tunc Gennadius Scolarius Patriarcha Constantinopolitanus cuius liber ex græco in latinum translatus fuit Romæ impressus de anno 1579. qui sectione 15.fol.141. deplorat, & describit excidium Constantinopolitanum, ac græcos propter scisma dicit venisse in manus Turcharum, & de Andronico Paleologo se Imperatore græcorum nominante scismatico, denuntiato excommunicato vide extrauag. com. Clem. 5. ad certitudinem de sent.excom. Item mores ac ritus
græco-

Græcorum tolerandi non ſunt in his, quę periculum generant animarum, & eccleſiaſticæ derogant honeſtati c.fi. de baptiſ. & de reformatione Gręcorum eorumque erroribus tollendis, vltra dictas conſtitutiones Eugenij 4. & Pij 4. vide decreta concil.prouin.Beneuē. ſeſſ.2.fol.23.& conil.prouinc. Conſentin. fol. 48.Romæ impreſ.de anno 1580. ac præallegati concil.prouin.Neap.& ſyno.Diocœſ.Archiepiſcopi Montis Regalis in fin.

Pij 4. Reuocatio priuilegiorum, exemptionum, immunitatum, facultatum, conſeruatoriarũ, indultorum, confeſſionalium, maris magni, & aliarum quarumcumque ſimilium gratiarum quibuſuis locis & perſonis conceſſarum in his in quibus ſtatutis, & decretis Sacri Concil. Trid. contrariantur fol. 841. in principis Apoſtolorum,& eſt impreſſa in fi.d. concil.& in Syno.Neap.fol. 221.

Pius 4. Reuocat facultates Hoſpitali S. Spiritus in Saxia,& Monaſterio S.Sebaſtiani ad cathecũbas, & capitulo S. Ioannis Lateran. de vrbe conceſſas erigendi eccleſias, & confraternitates, vel illas in eorum membra cum facultatũ & indulgentiarum communicatione recipiēdi, & ſubiicit illas eorumque ſacerdotes miniſtros & bona iuriſdictioni ordinariorum & rectorum parochialium fol.757.Regimini.& adde ad c.recepimus de priuileg.

eiuſdem Quòd omnes qui impetrabunt aliqua priuilegia gratias facultates, licentias, & indulta aut conceſſiones,quę aliqua ex parte intereſſe Cameræ Apoſtolicę concernere cenſebuntur, debeant illa infra tres menſes à die illarum

impe-

impetrationis in eadem camera pręsentare, & ibi registrari facere sub pęna illorum nullitatis, & inualiditatis. fol. 873. Ingens.

Declaratio facultatis ordinariorum visitandi, & corrigendi loca & personas Militiæ & Hospitalis S. Io. Hierosolymitani in his dumtaxat quæ concernunt curam animarum, aut Sacramẽtorum administrationem in quibus Concil. Trid. decreta, & constitutionem fel. recor. Pij Papæ V. sub die 22. Septemb. 1571. æditam seruari omninò voluit. fol. 1326. con sueuit, & vide c. per exemptionem de priuil. in 6. & Conc. Trid. sess. 25. de regula. c. 11. & dicta Pij V. constitutio sequens est. Greg. 13

Breue per quod datur forma episcopis, & alijs locorum superioribus vt tanquam Sedis Apostolicæ delegati tãtum visitare possint parochiales ecclesias ordinis S. Io. Hierosolymitani in his dumtaxat quæ curam animarum, & Sacramentorum administrationem respiciunt, & hoc gratis absque vlla impensa, & onere fol. 1134. exposcit & infra. Pij V.

Decernimus, declaramus, statuimus omnes & singulos locorũ Episcopos, & alios superiores tanquam apostolicę sedis delegatos oẽs, & quascunq; parochiales ecclesias, cæteraq; beneficia ecclesiastica suarum ciuitatum, & diœc. quibus animarũ cura imminet, ad dictã religionem, eiusq; Milites, Capellanos, Ministros, Rectores, quomodolibet pertinen. etiã quod in eis episcopalem, & temporalem iurisdictionem religio, & milites prædicti haberent, eorumq; ecclesias, Rectores, Vicarios, & Ministros quoscunque (in his tñ dumtaxat,

quæ animarum curam illiusque exercitiū, & sacramentorum administrationem respiciūt) visitare, omnesque actus visitationem concernentes exercere posse, & debere, ac rectores, cæterosque huiusmodi Ministros curam animarum exercentes minus idoneos repertos, siquidem ad nutum amouibiles sint, statim amouere, sin vero titulares sint, illico suspendere, ac superiores eorum monere, vt intra aliquem breuem terminum in locum amotorū subrogent alios idoneos prius tamen per ipsos Episcopos, & alios superiores examinatos & approbatos, titularibus verō suspensis deputent alios idoneos pariter examinatos, & approbatos, vt supra in coadiutores, seu vicarios iuxta decretum Cōcilij Sessione vigesima prima capite sexto. Interea vero dum hæc subrogatio, seu deputatio fiat, ipsi Episcopi, & alij superiores pro necessitate curæ animarū prouideant arbitrio suo, quod si superiores dictorum rectorum, & ministrorum intra tempus præfixum non subrogauerint, aut deputauerint vt supra, tunc dicto termino elapso ipsi Episcopi, & alij superiores alios præuio examine iuxta eiusdem Concilij formam idoneos repertos in locum amotorum subrogent. Titularibus vero suspensis coadiutores deputēt, iuxta dictum capitulum sextum Sessione vigesima prima, qui tamen in dictis parochialib⁹ perinde inseruiant, ac si subrogati, aut deputati ab ipsis superioribus religionis, & militum prædictorum fuissent. Volumus autem, quod Episcopi, & alij superiores prædicti visitationem huiusmodi, & prędicta omnia solum tā-

quam

quam delegati apostolicę sedis, & gratis, & absque vllis dictę religionis rectorum, & ministrorum impensa, & onere faciant, in collatione item ordinum; necnō consecratione ecclesiarum, & sacrorum vasorum, ac benedictionibus; & aliis actibus spiritualitatem concernētibus, ac institutione pręsentatorum ab eisdem militib⁹ ad beneficia, aut approbatione, seu confirmatione, quas ab eisdem fieri harū præsentium vigore contigerit, gratis omnia faciant, & diligenter attendant, vt nullos admittant, qui qualitates à concilio requisitas non habeant, ac præuio examine iuxta eiusdē concilij decreta idonei non existāt. Nolumus autem episcopos, & alios superiores locorum suprascripta facultate visitandi vti, quicum eadē religione, & militibus super iurisdictione Episcopali in locis visitan. coram quibuscūque Iudicibus litigant, nisi ipsi Episcopi, & alij superiores in quasi possessione antiqua exercitij iurisdictionis huiusmodi existerent, saluo tunc iure vtrique illęso in petitorio, sed quod Episcopi, & alij superiores viciniores ius aliquod in iurisdictione huiusmodi non habentes; nullumque interesse prorsus prætendēres facultāte prædicta vtantur. Nolumus itē per præsentes vllum afferri præiudicium iuri visitandi dictas parochiales ecclesias, & alia beneficia curam animarum habentia, quod anteą religioni, & militibus prædictis competebat, inhibemusq; expresse dictis episcopis, & aliis superioribus, ne hac facultate visitan. eis per præsentes concessa alio vtantur modo, quam præscripto, sicque per quoscūque iudices, &c.

Datum Romę apud Sanctum Petrum sub annulo piscatoris. Die xxij. Septembris 1571. Pontificatus nostri Anno sexto.

Episcopi autem ex decretis Conc. Trident. possunt procedere vt Sedis Apostolicæ delegati in multis prout in compellendo Abbates negligentes deputare lectorem in expositione Sacræ Scripturę in monasterijs vt in sess. 5. de refor. c. 1. Contra prædicatorem exemptũ (quod absit) prædicãtem heresim ex sess. ead. c. 2. In deputando Vicarium in beneficijs nõ residentium ex dispensatione ne cura animarum negligatur ex sess. 6. c. 2. Super surreptione, & obreptione gratiæ vt in sess. 13. de refor. c. 5. & statutorum iuxta disposita per idem concil. sess. 24. de refor. generali c. 14. & dispensationum, & commutationum vltimarum voluntatum vt in sess. 22. c. 5. & 6. In corrigendo, & castigando quoscunque seculares, clericos qualitercunq; exemptos sess. 14. de refor. c. 4. & regulares extra claustra degẽtes ex sess. 6. c. 3. & contra priuilegiatos vt in sess. 24. de refor. generali c. 11. In causis mercedum, & miserabilium personarum ex sess. 7. c. 14. In conuertendo tertiam partem fructuum, & quoruncumq; prouentuum & officiorũ in distributiones quotidianas iuxta decretuum in sess. 21. de refor. c. 3. & sess. 22. c. 3. In cõstituendis nouis parochijs prout in sess. eadem c. 4. In deputando coadiutores vel vicarios imperitis, & illiteratis parochis, & turpiter, & scandalosè viuentes castigando, & priuando beneficijs ex sess. eadem c. 6. In visitando capitula exempta sess. 6. c. 4. commẽ-

data

data omnia beneficia etiam exempta prout in seſſ. eadem c. 8. etiam nullius diocœſis vt in seſſ. 24. de refor. generali c. 9. Hoſpitalia, Collegia, Confraternitates laicorum, & omnia pia loca ſeſſ. 22. c. 8. in omnibus ijs quæ ad viſitationem, ac morum correctionem ſubditorum ſuorum ſpectant ſeſſ. 24. de refor. c. 10. circa obſernantiam decreti de obſeruandis, & euitandis in celebratione miſſæ vt in ſeſſ. 22. In exequtionibus omnium piarum diſpoſitionum ſeſſ. 22. c. 8. In procedendo contra notarios imperitos vel delinquentes in officio ex ſeſſ. eadem c. 10. In obſeruanda clauſura monaſteriorum Sãctimonialium ipſis non ſubiectarum ſeſſ. 25. de regula. c. 5. In gubernando monaſteria earum Sanctę Sedis Apoſtolicæ immediatæ ſubiecta ſeſſ. eadem c. 9. Subduntur epiſcopis tamquam Sedis Apoſtolicæ delegatis regulares monaſteriorum ſub immediata Sedis Apoſtolicæ protectione ſi inſtante Metropolitano fuerint negligentes obſeruare conſtitutionem Innoc. 3. in c. in ſingulis de ſtatu. mona. ex ſeſſ. eadem c. 8. item In faciendo vniones ſeſſ. 21. c. 5. in reuidendis, & eſaminandis vnionibus à quadraginta annis citra ex ſeſſ. eadem cap. 8. ſeſſ. 7. cap. 6. ſeſſ. 24. de refor. c. 13. In procedendo contra clericos concubinarios vt in ſeſſ. 25. cap. 14.

Reductio quarundam literarum Pij V. ſub die 29. Nouembris 1568. pro militibus Sancti Io. Hieroſolymitani ad terminos decretorum Conc. Trid. fol. 1295. circunſpecta, & infra. nihilq; ex ipſis priuilegijs, exeptionibus Greg. 13

 gratijs,

gratiis, & indultis ordinariis locorum detra-
ctum esse quominus ipsorum militum vica-
rij, cappellani, ministri, seruientes, ascripti co-
loni, procuratores, & familiares militum hu-
iusmodi quibus ea iam concessa sunt, & in
posterum concedi contingerit ab ipsis ordina
riis tamquam Apostolicæ sedis delegatis de
eorum excessibus criminibus & delictis etiã
extra visitationem quando, & quoties opus
fuerit inquiri visitari, puniri, & corrigi pos-
sint, ipsorumque ordinariorum iurisdictioni
plenè in prædictis subiecti existant, exceptis
tamen iis, qui ecclesijs aliisque locis dictorũ
militum actu seruiunt & intra eorum septa
& domos resident, ac sub eorum obedientia
viuunt, quæ omnia debere simul concurrere
intelligantur, siue ijs qui legitime, & secundũ
regulam prædictę religionis professionem fe
cerint de qua loci ordinario constare debeat
&c. Die 25. Nouembris 1580. & vide Conc.
Trid. sess. 24. c. 11. de refor.

De materia istius militię habes Pij 4. consti
tutionem fol. 663. circumspecta. vbi alias cõ
stitutiones notauit D. Laertius Cherubinus.

Pij V. Confirmatio & innouatio priuilegiorum
ordinis mendicantium fol. 982 & si mendicã
tium & est impres. in Syno. Neap. fol. 225. &
eiusdem extensio ad alios ordines fol. 987. ex
supernę, & in d. Syno. fol. 261. ac eiusdem Pij
declaratio priuilegiorum Fratrum ordinis
prædicatorum fol. 1135. ad hoc.

Et de grauaminibus in corpore iuris inser-
tis vide in c. nimis cum sequen. de exces. præ
la. clem. vni. d. ti. clem. dudum de sepultu. &
extra

extrauag. com. Sixti 4. de treg. & pa. & extrauag. com. de sepul. & in extrauag. com. 1. de iudi. & in extrauag. com. inter cunctas de priuileg. circa vero in eis & d. clem. disposita ad versiculum libere valeant clero & populo prędicare vide Concil. Trid. sess. 5. de refor. c. 2. & sess. 24. de refor. generali c. 4. Item ad §. statuimus & ordinamus auctoritate prædicta vide in d. Concil. sess. 23. de refor. c. 15. & constitutionem Pij V. super confessariorum approbatione de anno 1571. Octauo Id. Augu. folio 1131. Romani. Item ad §. huiusmodi vers. verum vide decretum d. Concil. sess. 25. de refor. cap. 13.

Reductio literarum & constitutionum feli. recor. Pij Papæ V. pro mendicantibus, & aliis regularibus contra locorum ordinarios ad terminos iuris communis, & decretorum Concil. Trid. fol. 1208. in tanta. & est impres. in fine Manualis confes. Nauar. & in Syno. Saler. fol. 452. Greg. 13

De exemptionibus & priuilegiis religionis mendicantium & monialium fol. 944 dum aduberes & est impres. in Catechesi Neapol. fol. 294. & per d. constitutionem Greg. xiij. non fuit reuocata vt animaduertitur in d. Catechesi fol. 302. Pij 5.

Confirmatio priuilegiorum indultorum, & exemptionum Fratrum minorum, & monialium Sancti Francisci de Obseruantia, ac Sanctę Claræ, & tertij ordinis de pœnitentia. fol. 1237. ex benigna cum clausula quatenus sint in vsu & sacris canonibus, & decretis Sacri Concil. Tridē. non aduersentur. Similem Greg. 13

clausulam idem summus Pōtifex apposuit in confirmatione gratiarum, & priuilegiorum ordinis Sanctissimę Trinitatis Redemptionis Captiuorum. fol. 1240. Regimini. sic in confirmatione, & ampliatione priuilegiorum, & gratiarum ordinis Cisterciē. & de reformatione dicti ordinis. fol. 1217. Ex superna. Sic in confirmatione indulgentiarum facultatū, & priuilegiorum Archiospitali Sancti Spiritus in in Saxia de Vrbe concessarum. fo. 1260. Si inter pręcipuas sic in confirmatione priuilegiorum congregationis Sancti Hieronymi Iesuatorum. fol. 1269. Spectatus, & ita etiam in reformatione ordinis Sancti Basilij, & priuilegiorum, & exemptionum, & indultorum confirmatione. fol. 1281. Benedictus.

De Pœnis.

Pij V. EXtensio constitutionis Bonifac. Papę 8. quæ incipit felicis eo. ti. in 6. ad scientes, & non reuelantes eos qui offendunt S. R. E. Cardinales. fol. 1062. Infelicis seculi. & vide Bullam in Cęna domini.

De pœnit. & remiss.

Euge. 4. SVper communione in Paschatę. hanc constitutionem nō inueni impressam in d. bullario. Sed in priuilegijs minimorum. fo. 139. incip. Fide digna, & emanauit ad declarationem c. omnis vtriusque sexus d. ti. prout eam refert Nauar. in d. Manuali c. 21. nu. 45.

Pij V. Quòd regulares secularium confessiones non

non audiant nisi ab ordinarijs approbati. fol. 1131. Romani Pontificis, & vide Conc. Trid. sess. 23. de refor. c. 15. & nota hæc verba in d. constitutione videlicet volumus tamen eos qui semel ab episcopo in ciuitate, & diocœsibus suis preuio examine approbati fuerint, ab eodem episcopo iterum non examinari: Ab episcopo autem successore pro maiori cōscientiæ suæ quiete examinari de nouo poterunt.

Reuocatio indulgentiarum pro quibus cōsequendis manus adiutrices sunt porrigendę, & quæ continent quæstuandi facultatem. fol. 969. & si dominici, & est impress. in Synod. Neap. fol. 252. Pij V.

Constitutio per medicos obseruanda infirmorum curatione fol. 923. Supra gregem, & est impress. in Syno. Neap. fol. 254. & Salern. fol. 434. & in Concil. prouinc. Mediolanen. 3. fol. 123. de impressione Brixiæ, & vide c. cum infirmitas d. ti. eiusdem

Quod ordinarij constituant loca in quibus pueri Doctrinam Christianam erudiantur, cum facultate erigendi confraternitates, & indulgentia pro confratribus pueros docentibus. fol. 1163. ex debito, & est impress. in Syno. Saler. fol. 434. & in Concil. prouinc. Mediolanen. 3 de impressione Brixię. fol. 97. & vide Concil. Trid. sess. 24. de refor. generali. c. 4. & posset etiam situari ista constitutio sub titulo de off. ord. eiusdem

Ampliatio indulgentiarū à Pio V. Societatibus ad pueros, & rudes in bonis operibus, & doctrina Christiana erudiendos deputatis cō- Greg. 13

cessarum fol.1204. vniuersis. & est impres. in Syno.Saler.fol.466.

Greg.13 Indictio Sancti Iubilei fol. 1215. dominus. & vide extrauag.Pauli 2.fol.94. ineffabilis. cũ aliis notatis in d. Bullario. & adde ad extraua gan.commu. d.ti. & ad c. si quis in aliquando §.in leuitico vers.in Iubileo de pœni.dist. prima super quibus sollemnem commentarium edidit Nauar. de Iubileo & indulgentiis omnibus.

Sixti 5. Indulgentia plenaria perpetua pro festiuitatibus Sanctorum Francisci, Antonij de Padua, Ludouici episcopi & confessoris Bonauẽturæ ac Bernardini,& Sanctæ Claræ fol.1392 cum à primeua.

eiusdem De Rosario Beatæ Mariæ semper Virginis & eius indulgentiis incip. dum ineffabilia. alias Summorum Pontificum constitutiones habes notatas in d.Bullario fol. 1057.

De sententia excommunicationis, suspensionis, & interdicti.

Sixti V. BVlla siue constitutio lecta in die Cęnæ Domini incip.pastoralis,& illã Greg.xiij.est impressa etiã in Syno.Saler.fol.457.& in Catechesi Neap.fol.173. illas Pij V.habes in Syno. Neap.fol.247.refert & declarat Nauar.in Manuali confes.cap.27. & de casibus ibi contentis vide extrauagan. commu. Pauli 2. & Sixti 4.incip.& si dominici de pœni.& remis. & cõstitutiones Inno.8.fol.131.officij nostri & Leonis x,fol.229. In supremo & clemẽ.7. fol.347.

Romanus Pontifex. loquentes de impedientibus exequtione literarum Apostolicarum, & notatur in d. Bullario fol. 1220.

Item Pij 2. fol. 75. execrabilis, & Iulij 2. folio 156. suscepti. contra appellatores ad futurum Concilium.

Vrbani 6. fol. 47. quia sicut. contra bannientes, seu relegantes aut proscribentes personas ecclesiasticas &c.

Item Leonis x. contra inuadentes, vel occupantes ciuitates & loca S. Roma. Ecclesiæ, eorumque fautores &c. fol. 195. inter graues.

Item Pauli 3. contra habentes bona naufragantia fol. 442. accepimus nuper. & vide alias constitutiones ibi notatas per D. Laertium Cherubinum.

Item eiusdem Leonis x. in Concil. Later. cōtra occupantes fructus beneficiorū &c. & de impedientibus libertate ecclesiasticā fol. 194. §. & cū fructuū, & Alex. 6. cōtra offendentes litigantes in Ro. Cu. eorumq; aduocatos, procuratores, vel iudices, testes vel notarios. folio 146. in eminenti.

Ne de ecclesijs aut monasterijs vacantibus prouisi, aut trāslati ipsarum prouisionum, vel translationum nunciatoribus aliquid dent aut promictant, vel promissum soluāt fol. 46. solicitè. & imponitur excommunicatio latæ sentētiæ ipso facto, & reseruatur absolutio Papę. Greg. xj.

Contra expedientes literas Apostolicas gratis sub ficto colore immunitatis, & contra officiales fieri procurantes, & permictentes folio 139. & imponitur excōicatio, cum reseruatione vltra suspēsionem officiorum per annum. Leonis x

Quòd

Clem.7. Quòd nulla ciuitas,castrum,villa,locus,territorium,vel districtus pro debito pecuniario ecclesiastico interdicto supponi possit fol.339 dicet, & vide extrauag. com. Bonifa. 8. incip. prouide de sent.excom.

Pij 4. Contra deferentes alumina de partibus infidelium ad partes christianorum fol.711.& vide etiam constitutiones notatas in d.Bull.

eiusdem Contra nuncios Apostolicos ne à principibus ad quos mittuntur debeant mendicare fauores aut literas commendationes ad dignitates,& gradus obtinendos, aut fauores ad officia ecclesiastica consequendum per Ro. Pontif. conferenda ipsis, vel aliis consanguineis, & necessariis suis ne ve illis etiam vltro sibi per principes sponte oblatis vti sub maioris excommunicationis latæ sententię, ac priuationis ecclesiarum,& beneficiorum pœnis, & inhabilitatis ad illa & sufficiunt literę vel preces oratorum principum ad hoc legitime probandum, & omnino conuincendum fol.675. & si Romanum Pontificem.

Greg.13 Innouatio censurarum , & pœnarum quas feli.record.Bonifa. Papa 8. edidit contra paciscentes,seu dantes,& accipientes, aut promittentes,& acceptantes pro expeditionibus gratiæ vel iustitiæ, & ipsarum extensio fol. 1228. ab ipso.& vide extrauag.com.1.de sen. exc.& tractatum Nauar.de datis & promissis.

Sixti V. Declaratio contra Henricum Borbonium assertum Regem Nauarræ,et Henricum item Borbonium pretensum Principem Condensem,Hæreticos,eorumq; posteros, et successores,ac liberatio subditorum ab omni fidelita-

tis

tis & obsequij debito fol. 1385. ab immensa. & vide in simili extrauag. com. Clem. V. ad certitudinem de sen. exc.

Denique de excommunicationibus, suspensionibus, & interdictis contentis in iure, & de aliis quæ continentur in extrauagantibus nō dum registratis vide Nauar. in Manuali conf. c. 27. & Catechē. Neapo. lib. 3. per totum à fol. 172. vsque 248. & per Erudi. D. Fabium In carnatum in suo Scrutinio Sacerdotali tractatu 12. & de vitandis excommunicatis suspensis, aut interdictis vide constitutionem quam ponit & declarat Nauarr. in d. Manuali c. 27. nu. 35. & Catech. Neap. fol. 321. & super declaratione, quę sit leuis, vel enormis iniuria ad declarationem c. peruenit de sent. excō. vide constitutionem Io. 22. seu Pij 2. relatam à Nauar. in d. Manuali c. 27. nu. 91. fol. 877.

De verborum significatione.

Familiares & continui cōmensales Ro. Po. qui intelligantur fol. 489. Sanctissimus & vide aliā Iulij 3. f. 546. & adde ad c. fi. d. ti. in 6. Pauli 3.

Declaratio quòd ordines S. Dominici & S. Francisci, ac Eremitarum Sancti Augustini & Carmelitarum seruorumque Beatæ Mariæ sint proprie mendicantes, & eorum priuilegiis gaudent etiam si in communi bona stabilia possideant, fol. 997. & est impres. in Syno. Neap. fol. 263. incip. Romanus Pontifex. qui Pius V. etiam declarauit Fratres Iesuatos congregationis Sancti Hieronymi Mendicantes fol. 1002. Romanus Pontifex. Pij V.

Insuper

Insuper declarando altera eius constit.ord. min. S. Francisci de Paula esse, & cõnumerari debere inter ord.mend. f.1001. Apostolicæ. Itẽ Societatẽ Iesu inter mendicãtes Pius V. declarauit, vt inquit Greg. xiij. in bulla confirm. & declar. institutionis gratiarũ & priuil. Societatis Iesu f.1350. ascẽdẽte domino. & adde ad c. vnic. §. sane de religio. domi. sub quo etiam tit. possent situari.

Greg.13 De exequtione lit. Apost. & declaratione cõcil. Trid. sess.24.c.20. de refor. f.1220. ad Rom.

Et pronunc sit impositus finis huic bul[illegible]rũ recollectioni & sequitur constitutio Pij V. cuius supra mentio habetur fol. 95.

Pij V. Relaxationis prohibitionis de nõ admictẽdis resignationibus per ordinarios cum modificationibus incip. quanta ecclesię Dei incõmoda & infra. Ne resignationes ipsæ dehinc pro cuiusq; arbitrio nullisq; vel certe leuibus causis passim & temere admictantur, prohibitionem & alia prædicta & cetera omnia nostris super his literis contenta eatenus relaxamus, vt posthac episcopi & alij facultatem habentes eorum duntaxat resignationes recipere & admictere possint, qui aut senio cõfecti, aut valetudinarij, aut corpore impediti vel vitiati, aut crimini obnoxij censurisq; ecclesiasticis irretiti aut nequeunt aut non debent ecclesiæ vel beneficio inseruire; seu qui vnum aliud vel plura beneficia obtinuerit, vel quos ad aliud contingerit promoueri, Religionem quoq; ingressuri, vel matrimoniũ cõtracturi si statim postea id reipsa exequantur. Deniq; cum quis ex aliis casibus acciderit qui consti-

tutione fe. re. Inno. Papæ 3. de dimittendis ca thedralibus ecclesiis edita cõtinentur, qui etiã ob capitales inimicitias nequeunt vel non audent in loco beneficij residere securi, sed nec horum vllus sacro ordini mancipatus nisi religionem ingressurus valeat vllo modo beneficiũ, vel officium ecclesiasticũ resignare, nisi aliunde ei sit quo in vita possit commode sub stentari, ad hæc beneficiorũ & officiorũ permutationes admittere, quæ canonicis sanctionibus & apostolicis cõstitutionibus permictũ tur. Caueant aut episcopi, & alij prędicti item que omnes electores præsentatores & patroni tam ecclesiastici quàm laici, quicumq; sint ne verbo quidem aut nutu vel signo futuri in huiusmodi beneficiis & officijs successores ab ipsis resignantibus aut aliis eorum significatione vel hortatu designentur, aut de his assumendis promissio inter eos vel etiam intẽtio qualiscunq; intercedat. Ceterum præcipimus atq; interdicimus ne ipsi episcopi aut alij collatores de beneficijs & officijs resignãdis prædictis aut dimittentium consanguineis, affinibus, vel familiaribus etiam per fallacem circuitum multiplicatarum in extraneos collationum audeant prouidere quod si secus, ac etiã quicquid pręter vel contra formam prędictorũ fuerit à quocunq; temere attentatum id totum ex nunc vires & effectum decernimus non habere. Qui vero contrafecerint, vt in eo quo deliquerint puniatur à beneficiorum & officiorum collatione, necnon electione pręsentatione cõfirmatione & institutione prout cuiq; competierit tamdiu suspensi remaneant donec

c. nisi cũ pridẽ de renun.

c. Quęsitũ. de re. permu.

donec remissionem à Ro. Pontifice meruerint obtinere, & qui talia beneficia seu officia receperint eos pdictis pœnis volum⁹ subiacere, & nihilominus in eos qui sic suspensi cōferre eligere psentare cōfirmare vel instituere ausi fuerint excōicationis quo ad personas, quo vero ad capitula & cōuentus à diuinis suspensionis sententias ipso facto promulgamus quibus ēt nullus alius quā ipse Ro. Pont. siue absolutionis siue relaxationis gratiā (excepto mortis articulo) valeat impartiri. prohibitiōe, & literis nostris pdictis nihilominus in cęteris omnib⁹; perpetuo valituris; non obstantibus &c. Datum Romæ apud Sanctū Petrū anno incarnationis dominicæ 1568. Calend. Aprilis &c.

Pij 2. de qua vide supra fo. 96. Cōtra promotos ante legitimā ętatē, aut extra tēpora aut sine dimissoriis incip. cū ex sacrorū ord. collatione character inuisibilis animę imprimat &c. infra. auctoritate Apost. hac nostra constit. ppetuo valitura statuim⁹ & ordinam⁹; φ oēs & singuli qui absq; dispēsatione canonica, aut legitima licētia siue extra tēpora à iure statuta siue ante ętate legitimā, vel absq; dimissoriis literis ēt citra mōtani à citra mōtanis p terq̄ si in hoc vltimo casu p. camerā Apost. iuxta illius stilū ordinati fuerint ad aliquē ex sacris ordinib. se fecerint pmoueri à suorū ordinū executione ipso iure suspēsi sint, & si huiusmodi suspēsione durante in iisdē ordinib⁹ ministrare psumpserint eo ipso irregularitatē incurrāt, pręterea ultra alias pœnas in tales generaliter à iure inflictas bñficiis ecclesiast. possint iure priuati volum⁹ aūt &c. 1464. x. Kal. Decemb.

FINIS.